ACTA

APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ANNUS XXXXVIII - SERIES II - VOL. XXIII



TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS
M•DCCCC•LVI

An. et vol. XXXXVIII 28 Ianuarii 1956 (Ser. II, v. XXIH) - N. 1

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

LITTERAE ENCYCLICAE

AD VENERABILES FRATRES PATRIARCHAS, PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS, P*ACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES: DE MUSICA SACRA.

PIUS PP. XII

VENERABILES FRATRES

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Musicae sacrae disciplina semper Nobis summopere cordi fuit; quare opportunum Nobis visum est eiusmodi causam per Encyclicas has Litteras ex ordine resumere unaque cum ea complures quaestiones postremis hisce decenniis inductas ac disputatas paulo amplius declarare, ut haec nobilissima atque ingenua ars in dies magis conferat ad cultum divinum splendidius celebrandum et ad spiritualem christifidelium vitam efficacius fovendam. Simul etiam votis illis respondere optavimus quae non pauci ex Vobis, Venerabiles Fratres, pro sua quisque prudentia proposuerunt, quaeque etiam überaus huius disciplinae eximii artifices et praeclari musicae sacrae cultores in id genus Congressibus habitis conceperunt, et quae denique vel pastoralis vitae experientia vel progredientia huius artis

ac doctrinae studia opportune suaserunt. Sic speramus fore, ut quae S. Pius X in suo chirographo quem iure meritoque « iuridicum musicae sacrae codicem » appellavit,[1] sapienter sanxit, denuo confirmentur et inculcentur, nova luce illustrentur, novisque commendentur rationibus; ita quidem ut hodiernis condicionibus aptata et aliquo modo locupletata praeclara musicae sacrae ars excelso muneri suo magis magisque respondeat.

I

In tot tantisque naturae donis, quibus Deus, in quo perfectissimae concordiae summaeque cohaerentiae est concentus, homines ad suam « imaginem et similitudinem » creatos[2] exornavit, musica profecto est, utpote quae simul cum ceteris liberalibus artibus ad spiritualia pertineat gaudia et ad animi oblectationem. De ea iure meritoque Augustinus haec habet: « Musica, id est scientia sensusve bene modulandi, ad admonitionem magnae rei, etiam mortalibus rationales habentibus animas Dei largitate concessa est ».[3]

Nemo igitur mirabitur sacrum cantum et musicae artem, ut ex multis documentis tam antiquis quam recentioribus constat, ad caerimonias quoque religiosas exornandas et decorandas semper et ubique, etiam apud ethnicas nationes, adhibita esse; et cultum potissimum veri et summi Dei, inde-a priscis aetatibus, hisce artibus usum esse. Populus Dei e Mari rubro divinae potentiae miraculo incolumis servatus, victoriae carmen cecinit Domino; et Maria, Moysis ducis soror prophetico donata afflatu, una cum cantante populo tympano concinuit.[4] Postea, cum arca Dei e domo Obededom in urbem David deduceretur, rex ipse « et omnis Israel ludebant coram Domino in omnibus lignis fabrefactis et citharis et lyris et tympanis et

[1] **Motu Proprio** ***Fra le sollecitudini dell'ufficio pastorale: Acta Pii X,*** **vol. I, p. 77.**
[2] **Cfr.** ***Gen.*** **1, 26.**
[3] ***Epist. 161, De origine animae hominis,*** **1, 2: P.** ***L.,*** **XXXIII, 725.**
[4] **Cfr.** ***Ex.*** **XV, 1-20.**

sistris et cymbalis »,[5] Musicae autem in cultu sacro exercendae et cantus rex ipse David statuit ordinem;[6] qui ordo post reditum populi ex exsilio restitutus et usque ad Divini Redemptoris adventum fideliter servatus est. In Ecclesia vero a divino Servatore condita cantum sacrum inde a primordiis in usu et honore fuisse, haud obscure S. Paulus Apostolus significat, cum ad Ephesios haec scribit : « Implemini Spiritu Sancto loquentes vobismetipsis in psalmis et hymnis et canticis spiritualibus »;[7] atque hunc psallendi morem etiam in christianorum conventibus viguisse indicat hisce verbis : « Cum convenitis, unusquisque vestrum psalmum habet...».[8] Idem evenisse post aetatem apostolicam testatur Plinius, qui eos qui fidem abnegaverant, affirmasse scribit, « hanc fuisse summam vel culpae vel erroris, quod essent soliti stato die ante lucem convenire carmenque Christo quasi deo dicere ».[9] Quae romani in Bithynia proconsulis verba praeclare ostendunt ne persecutionum quidem tempore vocem cantantis Ecclesiae plane siluisse; quod quidem etiam Tertullianus confirmat cum refert in christianorum conventibus ((Scripturas legi, psalmos cani, locutiones proferri ».[10]

Libertate et pace Ecclesiae restituta, plurima habentur Patrum et Scriptorum Ecclesiae testimonia, quae psalmos et hymnos liturgici cultus in usu fere cotidiano fuisse confirmant. Immo paulatim etiam novae cantus sacri formae creatae sunt, nova canticorum genera inventa, quae a Cantorum Scholis, praesertim in Urbe Roma, magis in dies exculta sunt. Decessor autem Noster fel. rec. S. Gregorius Magnus, ut memoriae proditur, ea omnia quae a maioribus tradita erant, studiose collegit et sapienter digessit, atque opportunis legibus et normis sacri cantus puritatem et integritatem tutatus est. Ex alma Urbe mos cantandi romanus pedetemptim in alias quoque occi-

[5] 2 *Sam.* VI, 5.
[6] Cfr. I *Paral* XXIII, 5; XXV, 2-31.
[7] *Eph.* V, 18 s.; cf. *Gol.* III, 16.
[8] 1 *Gor.* XIV, 26.
[9] PLIN., *Epist.* X, 96, 7>
[10] Cfr. TERTULL., *De anima,* c. 9: P. *L.,* II, 701; et *Apol.* 39: P. *L.,* 1, 540.

dentis solis partes invectus est, et non solum is novis formis et modis auctus, sed novum etiam cantus sacri genus, carmen nempe religiosum, interdum lingua vulgari modulatum, in usum inductum est. Ipse autem cantus choralis qui a Sancto Gregorio, eius instauratore, « Gregorianus » appellari coeptus est, inde a saeculo VIII vel ix in omnibus fere Europae christianae regionibus solus non fuit ad cultus splendorem conferendum, cum in sacris aedibus instrumentum, quod « organum » dicitur, adhibitum esset.

Ad hunc cantum choralem, inde a saeculo ix, paulatim etiam cantus polyphonicus accessit, cuius doctrina et usus insequentibus saeculis magis magisque exculta sunt, et qui praesertim saeculo xv et saeculo xvi, summorum artificum ductu, ad mirabilem quandam perfectionem evectus est. Hunc quoque cantum polyphonicum Ecclesia semper in summo honore habuit et ad sacros ritus magnificentius decorandos etiam in ipsas Basilicas Romanas et in caerimonias pontificales libenter admisit. Eius vis et splendor idcirco etiam aucta sunt, quod cantantium vocibus, praeter organum, aliorum quoque instrumentorum musicorum sonus adiunctus est.

Itaque, Ecclesia fautrice et auspice, musicae sacrae disciplina per saeculorum decursum est longum emensa iter, quo, etsi interdum lente et laboriose, paulatim tamen ad perfectiora ascendit : a simplicibus nempe atque ingenuis, sed in suo genere perfectissimis, Gregorianis modulationibus ad grandia usque ac magnifica artis opera, quae non modo humanae voces, sed organa quoque atque cetera musica instrumenta décorant, exornant atque in immensum fere amplificant. Eiusmodi artis musicae progressus ut manifeste ostendit quantopere- Ecclesiae cordi fuerit cultum divinum in dies spendidiorem ac populo christiano iucundiorem efficere, ita etiam patefacit, cur eadem Ecclesia identidem impedire debuerit quominus recti fines excederentur et, una cum veri nominis profectu, etiam profanum aliquid et a sacro cultu alienum in sacram musicam irreperet eamque depravar et.

Huic sollicitae vigilantiae muneri Summi Pontifices nullo non tempore diligenter satisfecerunt; atque etiam Tridentina Synodus sapienter proscripsit « músicas eas, ubi sive organo sive cantu lascivum aut impurum aliquid miscetur ***n.***[11] Ut alios non paucos Summos Pontifices praetermittamus, Decessor Noster fel. mem. Benedictus XIV per Encyclicas Litteras, quas die XIX mensis Eebruarii, anno MDCCXXXXIX, iubilaeo maximo appetente, dedit, quaeque diserta eruditione argumentorumque excellunt copia, Episcopos peculiari modo adhortatus est, ut illicitae immodicaeque rationes in sacram musicam insolenter inductae omni ope prohiberentur.[12] Per eandem viam Decessores Nostri ingressi sunt Leo XII, Pius VIII,[13] Gregorius XVI, Pius IX, Leo XIII.[14]* Verumtamen iure meritoque asseverari potest Decessorem Nostrum imm. mem. S. Pium X instaurationis ac reformationis sacrae musicae veluti summam confecisse, principiis ac normis a maioribus traditis denuo inculcatis apteque, prout recentioris aetatis condiciones postulabant, opportune in unum redactis.[15] Denique ut proximus Decessor Noster fel. rec. Pius XI, per Constitutionem Apostolicam *Divini cultus sanctitatem* die xx Decembris, anno MDCCCCXXIX, datam,[16] ita Nosmet ipsi per Encyclicas Litteras quae a verbis *Mediator Dei* incipiunt, die xx mensis Novembris, anno MDCCCCXXXXVII, superiorum Pontificum praescripta lucupletavimus et confirmavimus.[17]

II

Nemo sane mirabitur quod Ecclesia tam vigilanter de musica sacra sollicita sit. Non enim de legibus agitur aestheticis

[11] **Conc. Trid., Sess. XXII: *Decretum de observandis et evitandis in celebratione Missae.***

[12] **Cfr. BENEDICTI XIV Litt. Enc. *Annus qui:* Opera omnia (ed. Prati, Vol. 17,1, p. 16).**

[13] **Cfr. Litt. Apost. *Bonum est confiteri Domino,* d. d. 2 Aug. 1828. Cfr. *Bullarium Eomanum,* ed. Prati, es Typ. Aldina, t. IX, p. 139 sq.**

[14] **Cfr. *Acta Leonis XIII,* vol. XIV (1895), p. 237-247; cfr. *Acta S. Sed.,* vol. XXVI1 (1894), p. 42-49.**

[15] **Cfr. *Acta Pii X,* vol. I, p. 75-87; *Acta S.S.* XXXVI (1903-4), 329-339; 387-395.**

[16] **Cfr. *A. A. 8.,* vol. XXI, 1929, p. 33 sq.**

[17] **Cfr. *A. A. S.,* vol. XXXIX, 1947, p. 521-595.**

vel technicis, ad nobilem hanc musicae disciplinam quod attinet, ferendis ; sed illud Ecclesiae propositum est, ut hanc contra omnia tutetur quibus eadem minus digna reddi possit, quippe quae in re tanti momenti, quanti est cultus divinus, in ministerium arcessatur.

Musica sacra hac in re non aliis legibus et normis obtemperat, nisi iis quae omni arti religiosae, immo arti in universum praescribuntur. Iamvero non ignoramus quosdam artis cultores postremis hisce annis, magna cum christianae pietatis offensione, in aedes sacras ausos esse opera inducere ab ipsis confecta, quae omni religionis afflatu careant, et quae etiam rectis artis rationibus prorsus répugnent. Quem deplorandum agendi modum speciosis probare conantur argumentis quae ex propria artis natura et indole fluere asseverant. Instinctum enim illum, quo artificis mens tangatur, liberum esse dictitant neque fas esse eidem imponere leges et normas ab ipsa arte alienas, sive religiosas sive morales, cum iis et artis dignitas graviter laedatur et artificis actioni sacro afflatu impulsae quasi vincula et compedes iniciantur.

Huiusmodi autem argumentis quaestio movetur sane ardua et gravis quae ad omnem artem omnemque artificem spectat, neque rationibus artis et aestheticae disciplinae persolvitur, sed e supremo finis ultimi principio decernenda est quo omnis homo omnisque humana actio inviolate sancteque regitur. Hominis enim ad finem suum ultimum — qui Deus est — ordinatio ac directio lege absoluta et necessaria, in Dei ipsius natura et infinita perfectione fundata, ita firmatur, ut ne Deus quidem quemquam ab ea possit eximere. Qua lege aeterna et immutabili praecipitur, ut et homo ipse et omnes eius actiones Dei infinitam perfectionem, in Creatoris laudem et gloriam, manifestent et pro viribus imitentur. Homo igitur, cum ad hunc supremum finem consequendum natus sit, ad divinum archetypum se conformare omnesque facultates suas cum corporis tum animi, recte inter se ordinatas et fini obtinendo

debite subiectas, agendo dirigere debet. E sua igitur cum ultimo fine hominis consensione et concordia etiam ars eiusque opera iudicanda sunt; quae ars certe inter nobilissimas humani ingenii exercitationes numeranda est, quippe quae ad infinitam pulchritudinem divinam spectet humanis operibus exprimendam eiusque quasi imago repercussa sit. Quapropter tritum illud effatum « ars propter artem », quo artem, fine illo omni creaturae penitus inhaerente neglecto, a quibusvis legibus quae non ex ipsa sola emanent, omnino eximi perperam asseverant, aut omni vi caret aut ipsi Deo, Creatori et ultimo fini, gravem contumeliam infert. Libertas autem ar tifi eis — quae non est caecus ad agendum impetus proprio arbitrio vel quodam novitatis studio ductus —, eo quod divinae legi subiecta est, minime coarctatur vel tollitur, sed potius nobilitatur atque perficitur.

Haec, ut de omnibus cuiusvis artis operibus dici debent, ita etiam ad artem religiosam et sacram pertinere in aperto est. Immo ars religiosa Deo eiusque laudi ac gloriae provehendae etiam magis addicitur, cum nihil aliud ei propositum sit nisi ut operibus suis, sive oculis sive auribus oblatis, ad christifidelium mentes pie ad Deum convertendas plurimum conferat. Artifex igitur qui fidei veritates non profiteatur vel animo et vivendi ratione procul a Deo versetur, ad artem religiosam manus nequaquam admoveat: caret enim illo quasi interiore oculo quo videat quid postulet Dei maiestas Deique cultus, neque sperare potest fore, ut opera sua religionis expertia, etsi forte hominem artis peritum et dexteritate quadam exteriore praeditum ostendant, revera illam pietatem et fidem spirent quae templum Dei eiusque sanctitatem deceant atque adeo digna sint quae ab Ecclesia, vitae religiosae custode et arbitra, in aedes sacras admittantur.

Ille autem artifex qui fidem firmiter tenet vitamque christiano homine dignam agit, Dei amore impulsus ac viribus a Creatore sibi concessis religiose usus, omni ope contendet, ut

veritates quas tenet et pietatem quam colit, tam scite, tam venuste atque iucunde coloribus vel lineis vel sonis atque concentibus exprimat et proponat, ut haec sacra artis exercitatio et ipsi sit quasi cultus ac religio et populum ad fidem profitendam ac pietatem colendam magnopere excitet et inflammet. Huiusmodi autem artifices Ecclesia semper in honore habuit atque habebit ipsisque templorum ianuas late aperit et pandit, cum gratum ei obveniat non parvum adiumentum quod iidem arte sua et industria afferunt ad ipsius ministerium apostolicum efficacius exsequendum.

His quidem artis religiosae normis ac legibus musica sacra etiam arctiore et sanctiore devincitur vinculo, quia propius quam pleraeque aliae artes liberales, ut architectura, disciplina pingendi et fingendi, ad ipsum cultum divinum accedit : illae enim ritibus divinis dignam sedem parare student, haec vero in ipsis caerimoniis sacris et ritibus exsequendis praecipuum quendam obtinet locum. Quare Ecclesia summa cum cura cavere debet, ut ab eadem, quippe quae sit sacrae liturgiae quasi administra, diligenter arceatur quidquid cultum sacrum minus deceat vel fidelibus adstantibus in mentibus ad Deum extollendis impedimento esse possit.

Haec enim est sacrae musicae dignitas, hoc sublime eius propositum, ut voces sive sacerdotis offerentis sive populi christiani Summum Deum laudantis pulcherrimis suis modujationibus suisque fulgoribus decoret et exornet, adstantium fidelium mentes vi quadam et virtute sibi innata ad Deum rapiat, liturgicas christianae communitatis preces vividiorès ferventioresque reddat, quo validius, impensius, efficacius omnes Deum Unum et Trinum laudare eique supplicare possint. Augetur igitur sacrae musicae ope honor ab Ecclesia cum Christo Capite coniuncta Deo tributus; augetur etiam fructus, quem fideles, sacris concentibus moti, ex sacra Liturgia colligunt, et vita ac moribus christiano homine dignis manifestant, ut et ipsa cotidiana experientia docet et multa monumenta

litterarum antiqua et recentiora confirmant. Haec S. Augustinus de cantibus « liquida voce et convenientissima modulatione » prolatis agens fatetur : « Ipsis sanctis dictis religiosius et ardentius sentio moveri animos nostros in flammam pietatis, cum ita cantantur, quam si non ita cantarentur, et omnes affectus spiritus nostri pro sui diversitate habere proprios modos in voce atque cantu, quorum nescio qua occulta familiaritate excitentur ».[18]

Hinc facile concluditur musicae sacrae dignitatem et vim eo maiorem esse quo propius ad summum illud christiani cultus opus, Eucharisticum nempe altaris sacrificium, accedit. Mhil igitur altius, nihil sublimius agere potest quam ut sacerdotis divina victima litantis vocem dulci comitetur sono, eiusque appellationibus cum populo adstante laete respondeat ac totam sacram actionem nobili sua arte collustret. Ad hoc excelsum ministerium illud prope accedit quod eadem sacra musica efficit, cum alias liturgicas caerimonias, imprimis Divini Officii in choro recitationem, comitatur et exornat. Huic igitur musicae « liturgicae » summus honor summaque laus tribuenda sunt.

Nihilominus illa quoque musica magni habenda est quae, etsi sacrae Liturgiae non praecipue inservit, argumento tamen et fine religionem valde iuvat, ideoque iure merito musica « religiosa » nuncupatur. Verum illud quoque musicae sacrae genus, quod « populare » appellatur et ab Ecclesia ortum habuit eaque auspice felicia cepit incrementa, experientia teste magnam salutaremque exercere potest in christifidelium animos vim et virtutem, sive intra tempia in actionibus et caerimoniis non liturgicis usurpatur, sive extra sacrarum aedium saepta ad varia sollemnia et celebrationes adhibetur. Horum enim cantuum, qui plerumque vulgari sermone concepti sunt, modulationes nullo paene nisu ac labore memoriae imprimuntur, atque simul cum modulationibus verba quoque et sententiae menti

[18] g. AUGUSTIN., *Gonfess.*, lib. X, o. 33, P. *L.*, XXXII, 799 s.

inhaerent, saepe repetuntur, penitius intelleguntur. Quo fit, ut etiam pueri et puellae, tenera aetate eiusmodi sacros cantus ediscentes, iis ipsis egregie iuventur, ut fidei nostrae veritates cognoscant, gustent, memoria teneant, atque ita catecheseos ministerium non parum proficiat. Adulescentioribus autem et adultis carmina illa religiosa, dum ludicris animum recréant, puram et castam praebent delectationem, sollemnioribus conventibus et coetibus magnificentiam quandam religiosam tribuunt, immo ipsis familiis christianis pium gaudium, dulcem consolationem spiritualemque afferunt profectum. Quare hi quoque religiosi concentus populares apostolatui catholico validum praebent adiumentum omnique cum cura colendi atque promovendi sunt.

Cum igitur musicae sacrae multiplicem virtutem et efficacitatem apostolicam extollimus, rem significamus quae omnibus qui eiusdem cultui et exercitationi quocumque modo sese dediderunt, summo gaudio et solacio esse potest. Omnes enim qui sive musicos modos ea qua pollent arte componunt, sive qui eos moderantur, sive denique qui vel vocibus vel musicis instrumentis eosdem in concentus traducunt, hi omnes procul dubio, etsi variis diversisque rationibus, verum atque germanum exercent apostolatum et apostolorum praemia et honores, pro suo quisque munere fideliter expleto, a Christo Domino copiose percipient. Magni igitur hoc suum munus aestiment, quo quidem non solum artifices sunt et artis magistri, sed etiam Christi Domini ministri et in apostolatu adiutores, atque hanc sui muneris dignitatem moribus etiam et vita profiteantur.

III

Cum tanta sit, ut modo exposuimus, musicae sacrae et cantus religiosi dignitas et efficacitas, summopere necessarium est, ut in omnibus suis partibus diligenti studio et cura ita conformetur, ut salutares suos fructus feliciter edere possit.

Ac primum quidem cantus ille et musica sacra quae cum liturgico Ecclesiae cultu proxime coniunguntur, ad excelsum sibi propositum finem conducant oportet. Haec igitur musica — quod iam sapienter monuit Decessor Noster S. Pius X —, « proprias liturgiae qualitates possideat necesse est, in primisque sanctitatem ac bonitatem formae; unde alia nota suapte exoritur, universitas ».[19]

Sancta sit; quidquid profanum sapit, neque in se recipiat neque in eos modos, quibus proponitur, irrepere sinat. Hac sanctitate praeclare praestat cantus ille Gregorianus qui per tot saeculorum decursum in Ecclesiae usu est, eiusque quasi patrimonium vocari potest. Hic enim cantus, ob intimam modulationum convenientiam cum sacro verborum textu, non solum iisdem arctissime accommodatur, sed eorundem etiam vim atque efficacitatem quasi interpretatur, ac suavitatem audientium mentibus instillât; idque efficit musicis modis simplicibus quidem et planis, sed arte tam sublimi tam sancta afflatis, ut et omnibus sinceram moveant admirationem, et ipsis musicae sacrae peritis eiusque artificibus quasi fons inexhaustas evaserint, ex quo novos hauserint concentus. Hunc sacri cantus Gregoriani pretiosum thesaurum diligenter conservare et populo christiano copiose impertire omnium eorum est, quibus Christus Dominus divitias Ecclesiae suae custodiendas et dispensandas concredidit. Quare, quod Decessores Nostri S. Pius X, qui iure cantus Gregoriani instaurator vocatur,[2]* et Pius XI[21] sapienter ordinaverunt et inculcaverunt, idem Nos quoque, praeclaris illis perspectis notis, quibus nati vus pollet Gregorianus cantus, efficiendum optamus et praescribimus; ut nempe in sacris peragendis liturgicis ritibus idem sacer cantus latissime usurpetur, atque omni cum cura prospiciatur, ut recte, digne pieque exsecutioni mandetur. Quodsi, propter dies

[19] ***Acta Pii X,*** **1. c. p. 78.**

[20] **Lettera al Card. Kespighi,** ***Acta Pii X,*** **1. c. 68-74;** ***r.*** **p. 73 sq.;** ***Acta 8. Sedis,*** **vol. XXXVI (1903-04), pp. 325-329; 395-398; v. 398.**

[21] **Pius XI, Const. Apost.,** ***Divini cultus: A. A. 8.,*** **vol. XXI (1929), p. 33 sq/**

festos recens in usum inductos, novae componendae erunt modulationes, id a magistris huius artis vere peritis eo modo fiat, ut propriis genuini cantus Gregoriani legibus fideliter obtemperetur, et novae modorum compositiones cum vetustioribus virtute et puritate digne concertent.

Haec si reapse omni ex parte servata fuerint, alteri quoque musicae sacrae proprietati debito modo satisfactum erit, ut ea nempe *verae artis specimen* praebeat; et si in totius terrarum orbis catholicis templis Gregorianus cantus incorrupte et integre resonuerit, ipse quoque, sicut sacra Romana Liturgia, *universitatis* prae se feret notam, ita ut christifideles, ubicumque terrarum versantur, familiares sibi ac quasi domesticos percipiant concentus, atque adeo miram Ecclesiae unitatem vero cum animi solacio experiantur. Haec quidem una est ex praecipuis rationibus, cur Ecclesia tantopere exoptet ut cum latinis sacrae Liturgiae verbis eorundem verborum cantus Gregorianus arcte conectatur.

Haud ignoramus sane ab hac ipsa Apostolica Sede ob graves causas quasdam sed omnino definitas exceptiones hac in re concessas esse, quas tamen nequaquam latius proferri vel propagari, nec sine debita eiusdem Sanctae Sedis venia, ad alias regiones transferri volumus. Quin immo ibi etiam, ubi eiusmodi concessionibus frui licet, locorum Ordinarii ceterique sacri pastores sedulo curent, ut christifideles inde a pueris saltem faciliores et magis usitatas modulationes Gregorianas addiscant, eisque etiam in sacris ritibus liturgicis uti sciant, ita ut hac quoque re Ecclesiae unitas et universitas in dies magis effulgeat.

Verum tamen, ubi saecularis vel immemorabilis consuetudo fert ut in sollemni Sacrificio Eucharistico, post sacra verba liturgica latine cantata, nonnulla popularía vulgaris sermonis cantica inserantur, locorum Ordinarii id fieri sinere poterunt, ((si pro locorum ac personarum adiunctis existiment eam (consuetudinem) prudenter submoveri non posse », [22] firma tamen

[22] ***Codex Iuris Canonici,*** **can. 5.**

lege qua statutum est ne ipsa verba liturgica vulgari lingua canantur, quemadmodum supra cautum est.

Ut autem cantores populusque christianus recte intellegant quae liturgica verba modulationibus musicis illigata significent, placet Nobis hortationem usurpare a Patribus Concilii Tridentini adhibitam praesertim « pastoribus et singulis curam animarum gerentibus, ut frequenter inter Missarum celebrationem vel per se vel per alios ex iis quae in Missa leguntur, aliquid exponant, atque inter cetera sanctissimi huius sacrificii mysterium aliquod declarent, diebus potissimum dominicis et festis »;[2 3] idque praesertim eo tempore agant, cum nempe catechesis plebi christianae traditur. Id hac nostra aetate facilius et expeditius, quam anteactis saeculis, fieri poterit, propterea quod verba Liturgiae in vulgarem sermonem conversa eorumque explanationes in manualibus libris et libellis prostant, qui in omnibus fere nationibus a peritis scriptoribus confecti, christifideles efficaciter iuvare et illuminare possunt, ut ipsi quoque ea intellegant et quasi participent quae a sacrorum administris lingua latina proferuntur.

Pacile patet quae hic breviter de cantu- Gregoriano exposuimus, ad latinum potissimum Ecclesiae Ritum romanum pertinere; sed pro rata parte ad cantus quoque liturgicos aliorum Rituum accommodari posse, sive occidentalium populorum, ut Ambrosiani, Gallicam, Mozarabici, sive variorum Rituum Orientalium. Hi enim omnes, sicut miram Ecclesiae in actionibus liturgicis et in precum formulis demonstrant ubertatem, ita etiam in suo quisque cantu liturgico pretiosos conservant thesauros, quos non solum ab omni interitu oportet custodire et vindicare, sed etiam ab omni diminutione et depravatane. Inter musicae sacrae monumenta antiquissima et praestantissima, praecipuum quendam procul dubio obtinent locum cantus liturgici variorum Rituum Orientalium, quorum modulationes plurimum valuerunt ad modos musicos ipsius.

[18] **Conc. Trid., Sess. XXII, *De sacrificio Missae,* o. VIII.**

Occidentalis Ecclesiae efformandos, temperamentis habitis pro indole Latinae liturgiae propria. Nostris in optatis est, ut sacrorum Rituum Orientalium concentuum delectus — cui quidem absolvendo sedulo adlaborat Pontificium Institutum Orientalium Studiorum, sociam ferente operam Pontificio Instituto Musicae Sacrae — laetis proficiat incrementis, ad doctrinam et ad usum quod attinet ; ita quidem ut sacrorum alumni ex Orientalibus Ecclesiae Ritibus cantu quoque sacro optime instituti, cum sacerdotale munus adepti fuerint, hac quoque ratione ad decorem domus Dei augendum valde conferre possint.

Mens Nobis non est hisce sententiis, quas in cantus Gregoriani laudem et commendationem modo exposuimus, polyphoniam sacram a ritibus Ecclesiae arcere, utpote quae, si debitis .. exorne tur proprietatibus, ad divini cultus magnificentiam et ad animos christifidelium piis affectibus commovendos insigniter iuvare possit. Neminem sane fugit multos concentus polyphonicos, qui potissimum saeculo xvi compositi sunt, tali artis puritate talique modorum amplitudine refulgere, ut omni ex parte digni habendi sint qui sacros Ecclesiae ritus comitentur et quasi illustrent. Quodsi germana ars polyphonica saeculorum decursu paulatim decidit nec raro profani in. eam irrepserunt modi, proximis hisce decenniis indefesso peritorum magistrorum studio felicem nacta est quasi instaurationem, cum et veterum artificum opera sedulo investigentur et hodiernorum modulatorum imitationi et aemulationi proponantur.

Sic factum est, ut in Basilicis et cathedralibus aedibus et in familiarum religiosarum templis tam magnifica illa veterum magistrorum opera quam recentiorum auctorum polyphonicae compositiones summo cum sacri ritus decore proferri possint; quin etiam in minoribus aedibus sacris simpliciores, sed sincera arte digne confectos concentus polyphonicos novimus non raro proponi. Ecclesia autem omnes hos conatus favore suo prosequitur; ipsa enim, ut ait Decessor Noster imm. rec. S. Pius X, « artium progressum indesinenter coluit, eique favit, ad religio-

nis usum omnia admittens quae hominis mens bona pulcraque per saeculorum cursum invenit, salvis tamen liturgiae legibus ».[24] Hae autem leges monent, ut in hoc gravi negotio omnis prudentia et cura adhibeatur, ne tales concentus polyphonici in templa inducantur qui ob tumidum quoddam et inflatum modulationis genus vel sacra Liturgiae verba nimietate quadam obscurent vel divini ritus actionem intercipiant vel denique cantorum peritiam et facultatem, cum sacri cultus dedecore, omnino déprimant.

Hae quidem normae transferendae sunt etiam ad usum organi ceterorumque musicorum instrumentorum. Inter haec autem, quibus ad templa patet aditus, iure merito potiorem locum obtinet organum, quippe quod egregie accommodetur sacris canticis sacrisque ritibus, et Ecclesiae caerimoniis mirum addat splendorem et peculiarem magnificenti am, fidelium autem animos sonorum granditate et dulcedine permoveat, mentes laetitia quasi caelesti perfundat, et ad Deum ac superna vehementer extollat.

Praeter organum autem alia quoque sunt instrumenta quae efficaciter ad excelsum finem assequendum musicae sacrae in auxilium vocari possunt, dummodo nihil profanum, nihil clamosum et strepens redoleant, quod sacrae actioni et loci gravitati neutiquam conveniat. Praecellunt autem hac in re musica illa instrumenta, quorum chordae parvo, ut dicitur, arcu fricata sonant, quia, tum sola, tum cum aliis instrumentis vel organo sociata, seu maestos, seu laetos animi sensus ineffabili vi quadam exprimunt. Ceteroquin de musicae modis qui a religionis catholicae cultu vix removendi sunt, iam Nosmet ipsi in Litteris Encyclicis quae a verbis *Mediator Dei* incipiunt diserte clareque constituimus. « Quin immo, si nihil iidem habeant, quod profanum sapiat vel loci ac liturgicae actionis sanctitatem dedeceat neque ex inani quodam miri atque insoliti studiò

[24] *Acta Pii X, l.c* p. 80.

oriantur, tum profecto eis templa nostra pateant, cum ad sacrorum rituum splendorem mentesque ad altiora elevandas simulque ad veram animi refovendam pietatem haud parum conferre queant ».[25] Vix tamen opus est monere, ut, ubi vires atque peritia tantis operibus impares sint, ab huiusmodi conatibus potius abstineatur quam ut opus cultu divino et sacris conventibus minus dignum proponatur.

Ad haec quae arctius cum sacra Ecclesiae Liturgia coniunguntur, accedunt, ut supra monuimus, cantus religiosi populares, plerumque lingua vulgari concepti, qui ex ipso cantu liturgico originem ducunt, sed cum magis sint ad singulorum populorum mentem et affectum accommodati, secundum variarum gentium et regionum indolem non parum inter se differunt. Ut eiusmodi cantica religiosa christiano populo spiritualem, fructum et utilitatem afferant, ad catholicae fidei doctrinam plene conformentur oportet, eam recte proponant et explicent, lingua utantur plana et modulatione simplici, a tumida et inani verborum profluentia immunia sint, ac denique, etsi brevia sunt et facilia, quandam prae se ferant religiosam dignitatem et gravitatem. Hac ratione confecta haec sacra cantica, quasi ex intimis popularis animi penetralibus nata, sensus et animos vehementer commovent piosque excitant affectus; et cum in religiosis ritibus a multitudine congregata una quasi voce proferuntur, magna quadam vi fidelium mentes erigunt ad excelsa. Quapropter, etsi, ut supra scripsimus, in Eucharisticis Sacrificiis sollemniter cantatis sine peculiari Sanctae Sedis venia haberi non debent, tamen in sacris non sollemniter celebratis mirum in modum iuvare possunt, ut christifideles Sancto Sacrificio non tantum ut muti et quasi inertes spectatores assistant, sed sacram actionem mente et voce comitantes suam pietatem cum sacerdotis precibus coniungant, dummodo cantus illi singulis Sacrificii partibus recte aptentur, ut in

[25] ***A. A. S.*, vol. XXXIX (1947), p. 590.**

multis orbis catholici regionibus iam fieri magno cum gaudio novimus.

In ritibus autem non plene liturgicis eiusmodi cantica religiosa, dummodo debitis dotibus, ut supra diximus, praedita sint, egregie conferre possunt ad populum christianum salutariter alliciendum, erudiendum, sincera pietate imbuendum, ac sancta denique laetitia implendum; idque tam intra sacras aedes, quam extra eas, praesertim in piis ducendis pompis et in peregrinationibus ad sacras imagines, parique modo in religiosis sive unius, sive omnium nationum celebrandis Congressibus. Ea autem potissimum utilia esse poterunt cum de pueris et puellis agitur ad veritatem catholicam informandis, itemque de iuventutis consociationibus et de piarum sodalitatum conventibus, ut non semel experientia manifeste ostendit.

Quare facere non possumus quin Vos, Venerabiles Fratres, enixe hortemur ut huiusmodi popularem ad religionem pertinentem cantum in dioecesibus Vobis concreditis omni cura et industria foveatis et promoveatis. Non deerunt Vobis viri huius rei periti, qui huiusmodi cantica, ubi id nondum factum est, opportune colligant et in unum corpus redigant, quo facilius ab omnibus fidelibus edisci, expedite cantari, firmiter memoria teneri queant. Qui religiosae puerorum et puellarum institutioni praesunt, his efficacibus adiumentis debito modo uti ne omittant, et iuventutis catholicae moderatores eadem prudenter in munere gravissimo ipsis concredito usurpent. Sic spes est fore ut illud quoque feliciter obtineatur, quod omnium in votis est, ut nempe profanae illae cantiones quae sive ob modulationum mollitiem sive ob verba saepe voluptaria et lasciva quae eas comitantur, christianis, iunioribus praesertim, periculo esse solent, e medio tollantur eisque locum cedant, quibus casta et pura comparetur delectatio et simul fides ac pietas nutriantur et augeantur; atque ita fiat ut plebs christiana iam hic in terris illud laudis canticum canere incipiat, quod in

aeternum cantabit in caelo: « Sedenti in throno et Agno benedictio et honor et gloria et potestas in saecula saeculorum ».*[c]

Quae hucusque scribendo exposuimus, ad illos potissimum Ecclesiae populos pertinent, in quibus religio catholica iam firmiter stabilita est. In sacrarum autem Missionum regionibus fieri non poterit, ut haec singula omnino exsecutioni mandentur, priusquam christianorum numerus satis creverit, aedes sacrae ampliores exstructae fuerint, scholae ab Ecclesia institutae a christianorum filiis rite frequententur, ac denique administrorum sacrorum par necessitatibus adsit numerus. Attamen operarios apostolicos in amplissimis illis vineae Domini partibus sedulo laborantes enixe hortamur, ut inter gravissimas muneris sui curas huic quoque negotio animum diligenter adver t ant. Multi ex populis Missionalium ministerio concreditis mirum quantum delectantur musicis modulationibus et caerimonias idolorum cultui dedicatas cantu sacro exornant. Prudentiae igitur non est hoc apostolatus subsidium efficax a Christi veri Dei praeconibus parvipendi vel omnino neglegi. Quare Evangelii in ethnicorum regionibus nuntii hunc religiosi cantus amorem, quem homines ipsorum curis commissi fovent, in munere suo apostolico explendo libenter promoveant, ita quidem ut hae gentes suis religiosis canticis, quae non raro etiam excultis nationibus admirationem movent, similia opponant carmina sacra christiana, quibus veritates fidei, vita Christi Domini, ac B. Mariae V. et Sanctorum laudes lingua et modulationibus iisdem gentibus familiaribus, celebrentur.

Iidem autem Missionales memores pariter sint Ecclesiam Catholicam, inde ab antiquis temporibus, cum in regiones fidei lumine nondum collustratas Evangelii praecones mitteret, una cum sacris ritibus liturgicos quoque cantus, inter quos Gregorianos modos, inferre contendisse, idque eo consilio ductam,

[c] *Apoc* **V. 13.**

ut populi, ad fidem adducendi, modulationum suavitate capti facilius ad christianae religionis veritates amplectendas pernio verentur.

IV

Ut ea quae, Encyclicis hisce Litteris Decessorum Nostrorum vestigiis insistentes, commendavimus vel praecepimus ad optatum effectum perducantur, vos, Venerabiles Fratres, omnibus illis adiumentis sollerter utimini, quae excelsum munus Vobis a Christo Domino concreditum et ab Ecclesia commissum offert, quaeque, uti experiundo constat, in multis christiani orbis templis magno cum fructu adhibentur.

Ac primum quidem curate, ut in ipso cathedrali templo et, quantum pro rerum condicione licebit, in aliis quoque dicionis vestrae sacris aedibus maioribus, selecta habeatur Schola Cantorum quae aliis exemplo sit et incitamento ad cantum sacrum studiose excolendum et perficiendum. Ubi autem Scholae Cantorum haberi non possunt, vel congruus non invenitur numerus *Puerorum Cantorum*, conceditur ut « coetus tum virorum ac mulierum seu puellarum, in loco eius soli usui destinato extra cancellos positus, textus liturgicos in Missa sollemni cantare possit, dummodo viri a mulieribus et puellis omnino sint separati, vitato quolibet inconvenienti et onerata super his Ordinariorum conscientia ».[27]

Magna autem cura providendum est, ut qui in vestris Seminariis et in Missionum vel Religiosorum Institutis ad sacros assequendos Ordines contendunt, musicae sacrae et cantus Gregoriani doctrina et usu ad Ecclesiae mentem recte instituantur a magistris harum artium peritis, qui quidem mores et instituta maiorum magni aestiment et Sanctae Sedis praeceptis ac normis omnino obsequantur.

Quodsi inter Seminarii vel Collegii religiosi alumnos aliquis habeatur, qui peculiari huius artis facilitate et amore praeditus

[27] **Decr. S. Rit. Congr. n. 3964; 4201; 4231.**

sit, Seminarii vel Collegii moderatores vos hac de re monere ne omittant, ut eidem occasionem praebere possitis has suas facultates altius excolendi, eumque vel in Pontificium huius Urbis Institutum Musicae Sacrae vel in aliquod eiusdem disciplinae Athenaeum mittatis, dummodo iis moribus ac virtutibus polleat, quibus optimum se fore sacerdotem spem faciat.

Huic rei ideo quoque prospiciendum est, ut Locorum Ordinarii et Religionum Moderatores aliquem habeant, cuius auxilio in re tanti momenti utantur, cui ipsi per se, tot tantisque aliis onerati muneribus, pro necessitate vacare haud facile poterunt. Optimum sane factu est, si in dioecesano Artis Christianae Consilio aliquis habeatur qui musicae sacrae et cantus apprime peritus iis quae in dioecesi fiant, sollerter invigilare possit, et qui de rebus actis et agendis Ordinarium certiorem faciat, eiusdemque iussa et mandata excipiat et exsecutioni mandet. Quodsi in dioecesi aliqua ex illis Sodalitatibus habeatur, quae ad musicam sacram excolendam sapienter institutae et a Summis Pontificibus valde laudatae et commendatae sint, Ordinarius illa quoque, pro sua prudentia, uti poterit in suo explendo munere.

Eiusmodi autem pias Sodalitates, quae ad populum sacra musica instituendum vel ad eandem disciplinam altius excolendam conditae, verbis et exemplo ad profectum cantus sacri multum conferre possunt, vestro favore, Venerabiles Fratres, adiuvate et promovete, ita quidem ut actuosa vita polleant, ut optimis idoneisque magistris utantur, utque in tota dioecesi musicae sacrae et religiosorum concentuum cognitionem, amorem usumque, debita cum legibus Ecclesiae obtemperatione et plena erga Nosmet ipsos oboedientia, sedulo provehant.

*I¿. »IL.
• w w w

Haec omnia cum paulo fusius paterna sollicitudine permoti pertractaverimus, fore omnino confidimus, ut vos, Venerabiles Fratres, huic sacro negotio, quod ad cultum divinum dignius

et magnificentius celebrandum tantopere confert, omnem vestram curam pastoralem sedulo adhibeatis. Quotquot autem in Ecclesia, ductu vestro, músicas res moderantur ac dirigunt eos speramus fore ut Nostris hisce Encyclicis Litteris incitentur ad praeclarum huius generis apostolatum novo quodam ardore novoque studio generose, naviter operoseque promovendum. Hinc aspicato eveniet, ut nobilissima haec ars, quae omnibus Ecclesiae temporibus tanti aestimata est. etiam hodie ad genuinos sanctitatis et venustatis splendore adducta excolatur et in dies perficiatur; atque adeo pro sua parte feliciter efficiat ut Ecclesiae filii firmiore fide, spe vigentiore, flagrantiore caritate Deo Uni et Trino in sacris aedibus debitas tribuant laudes, dignis modis suavibusque concentibus expressas, immo ut etiam extra sacri templi saepta in familiis christianis et in christianorum coetibus illud ad effectum deducat, quod iam S. Cyprianus praeclare monet Donatum: « Sonet psalmos convivium sobrium: et ut tibi tenax memoria est, vox canora, adgredere hoc munus ex more : magis carissimos pascis, si sit nobis spiritualis auditio, prolectet aures religiosa mulcedo ».[24]

Interea vero uberiorum laetiorumque fructuum spe freti, quos ex hortationibus hisce Nostris orituros esse confidimus, gratae voluntatis Nostrae testem et caelestium donorum auspicem, vobis, Venerabiles Fratres, singulis universis, itemque gregi unicuique vestrum concredito, iis nominatim qui votis Nostris obsequentes musicae sacrae promovendae dant operam, Apostolicam Benedictionem effusa caritate impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xxv mensis Decembris, in festo Nativitatis Domini Nostri Iesu Christi, anno **MDCcccLv,** Pontificatus Nostri septimo decimo.

PIUS PP. XII

[24] S. CYPBIANI ***Epist, ad Donatum*** **(Epist. 1, n. xvi): *P. L.*, 4, 227.**

NUNTIUS RADIOPHONICUS

A BEATISSIMO PATRE DATUS, IN PERVIGILIO NATIVITATIS D. N. IESU CHRISTI A. MCMLV, ADSTANTIBUS EMIS PP. DD. CARDINALIBUS ET EXCMIS DD. EPISCOPIS AC ROMANAE CURIAE PRAELATIS.

La intima letizia del Natale

Col cuore aperto ad accogliere la tenera letizia che il Natale del Redentore effonderà ancora una volta nelle anime dei credenti, desideriamo di esprimere a voi, diletti figli e figlie della cristianità, e indistintamente a tutti gli uomini, i Nostri paterni auguri, traendone l'argomento, come negli anni scorsi, dall'inesauribile mistero di luce e di grazia, che rifulse dalla culla dell'Infante divino nella santa Notte di Betlemme, il cui bagliore mai non si estinguerà, finché risoneranno sulla terra i doloranti passi di chi cerca tra le spine il sentiero della vera vita.

Quanto vorremmo che gli uomini tutti, sparsi sui continenti, nelle città, nei borghi, nelle valli, nei deserti, nelle steppe, sulle distese dei ghiacci e dei mari, sull'intero globo, riascoltassero, come rivolta a ciascuno di essi in particolare, la voce dell'Angelo, annunziaste il mistero della divina grandezza e dell'infinito amore, che, chiudendo un passato di tenebre e di condanna, diede principio al regno della verità e della salvezza! ((Non temete, poiché io vi do una buona novella di grande allegrezza per tutto il popolo. Oggi nella città di David è nato per voi un Salvatore, che è il Cristo Signore

Vorremmo che, al pari ti ei semplici pastori, i quali per primi accolsero in silente adorazione il salvifico messaggio, gli uomini di oggi fossero soggiogati e rapiti dal medesimo senso di stupore, che soffoca ogni umana parola, e piega la mente alla meditativa adorazione, quando una sublime maestà si rivela ai loro occhi : quella del Dio Incarnato.

I - ATTITUDINE DELL'UOMO MODERNO DI FRONTE AL NATALE

a) *gli ammiratori dell'esteriore potenza umana;*

Vi è però da chiedersi con trepida ansia, se l'uomo moderno è ancora disposto a lasciarsi avvincere da tanta soprannaturale grandezza e penetrare dalla sua intima letizia : quest'uomo, quasi convinto di un suo

[1] **Lue. 2, 10-11.**

Accresciuto potere, incline a misurare la propria statura dalla potenza dei suoi strumenti, delle sue organizzazioni, delle sue armi, dalla precisione dei suoi calcoli, dal numero dei suoi prodotti, dalla distanza ove può giungere la sua parola, il suo sguardo, il suo influsso ; quest'uomo che ormai discorre con orgoglio di una età di facile benessere, quasi fosse a portata di mano ; che, come sicuro di sè e del suo avvenire, tutto osa, spinto da incontenibile ardimento a strappare alla natura l'ultimo suo segreto, a piegarne al suo volere le forze, bramoso di penetrare con la propria presenza fìsica anche negli spazi interplanetari.

In verità l'uomo moderno, appunto perchè in possesso di tutto ciò che lo spirito e il lavoro umano hanno prodotto nel corso dei tempi, dovrebbe anche più riconoscere la infinita distanza fra la sua opera immediata e quella dell'immenso Dio.

Ma la realtà è ben diversa, perchè le false o ristrette visioni del mondo c della vita accettate dagli uomini moderni non solo impediscono loro di trarre dalle opere di Dio, e in particolare dalla Incarnazione del Verbo, un senso di ammirazione e di gaudio, ma sottraggono loro la facoltà di riconoscervi l'indispensabile fondamento, che dà consistenza e armonia alle opere umane. Non pochi infatti si lasciano come abbagliare dal limitato splendore che da queste promana, restii all'intimo stimolo di cercarne la fonte e il coronamento al di fuori e al di sopra del mondo della scienza e della tecnica.

A somiglianza dei costruttori della torre di Babele, essi sognano una inconsistente « divinizzazione dell'uomo », idonea e bastevole per ogni esigenza della vita fìsica e spirituale. In essi la Incarnazione di Dio e la sua « abitazione fra noi »,[2] non suscitano nessun profondo interesse, nessuna feconda commozione.

Il Natale non ha per essi altro contenuto nè linguaggio se non quelli che può esprimere una culla : sentimenti più o meno vivi, ma soltanto umani, quando pure non sono sopraffatti da costumanze mondane e chiassose, le quali profanano anche il semplice valore estetico e familiare, che il Natale, a guisa di lontano riflesso, irradia dalla grandezza del suo mistero.

b) *i ricercatori di una falsa vita interiore;*

Altri invece, per vie opposte, giungono alla disistima delle opere di Dio, precludendosi in tal modo l'accesso all'arcana letizia del Natale.

[2] **Cfr.** ***Io. 1,*** **14.**

Edotti dalla dura esperienza degli ultimi due decenni, che hanno dimostrato, come essi dicono, la brutalità in veste umana della presente società, denunciano aspramente l'esteriore lustro della sua facciata, negano ogni credito all'uomo e alle sue opere, nè celano il profondo disgusto, che la soverchia sua esaltazione provoca nei loro animi. Pertanto essi auspicano che l'uomo rinunzi al febbrile esteriore dinamismo, soprattutto tecnico, che si chiuda in sè stesso, ove troverà la ricchezza di una vita interiore tutta sua, esclusivamente umana, tale da sodisfare ogni possibile esigenza.

Tuttavia questa interiorità tutta umana è inabile a mantenere la promessa che le si attribuisce, di corrispondere cioè alla totale esigenza dell'uomo. Essa è piuttosto una solitudine sdegnosa, quasi disperata, suggerita dal timore e dalla incapacità di darsi un ordine esterno, e non ha nulla in comune con la genuina interiorità completa, dinamica e feconda,.

In questa, infatti, l'uomo non è solo, ma convive col Cristo, condividendone i pensieri e l'azione, a Lui si affianca da amico, discepolo e quasi collaboratore, e da Lui è sospinto e sostenuto nell'affrontare il mondo esterno secondo le divine norme, poiché Egli è « il pastore e custode delle anime nostre » .[3]

c) *gVindifferenti e insensibili;*

Tra gli uni e gli altri, poi, che l'errata concezione dell'uomo e della vita sottrae al determinante e salutare influsso del Dio Incarnato, sta il vasto ceto di coloro, che nè sentono orgoglio per l'esterno splendore della odierna umanità, nè intendono di ritirarsi in sè stessi per vivere solo di quanto può dare lo spirito. Sono quelli che si dicono sodisfatti se riescono a vivere del momento, dì null'altro interessati e bramosi se non che sia loro assicurata la massima disponibilità di beni esteriori, e che nel momento successivo non vi sia da temere alcuna menomazione nel loro tenore di vita. Nè la grandezza di Dio, nè la dignità dell'uomo, ambedue mirabilmente e visibilmente esaltate nel mistero del Natale, fanno presa su questi poveri spiriti, divenuti insensibili e inetti a dare un senso alla loro vita.

Ignorata o rigettata in tal modo la presenza del Dio Incarnato, l'uomo moderno ha costruito un mondo, in cui le meraviglie si confondono con le miserie, ricolmo d'incoerenze, come una via senza sbocco, o come una casa fornita di tutto, ma che per la mancanza del tetto è incapace di

• **Cfr. 1 PETR. *2,* 25.**

dare la desiderata sicurezza ai suoi abitanti. In alcune Nazioni, infatti, nonostante l'enorme sviluppo del progresso esteriore, e benché a tutte le classi del popolo sia assicurato il materiale mantenimento, serpeggia e si estende un senso d'indefinibile malessere, un'attesa ansiosa di qualche cosa che debba accadere. Ritorna qui alla mente l'aspettazione dei semplici pastori delle campagne di Betlemme, i quali però con la loro sensibilità e prontezza possono insegnare ai superbi uomini del secolo ventesimo, dove occorre cercare ciò che manca: « Su, andiamo fino a Betlemme — essi dicono — e vediamo questo avvenimento, che il Signore ci ha fatto conoscere)).[4] L'avvenimento già da due millenni acquisito alla storia, ma la cui verità e il cui influsso debbono tornare a prendere il loro posto nelle coscienze, è la venuta di Dio nella sua casa e nella sua proprietà.[5] Ora l'umanità non può impunemente respingere e dimenticare la venuta e l'abitazione di Dio sulla terra, perchè essa è, nella economia della Provvidenza, essenziale per stabilire l'ordine e l'armonia tra l'uomo e le sue cose, e tra queste e Dio. L'Apostolo S. Paolo descrisse la totalità di quest'ordine in una sintesi mirabile: « Tutto è vostro, voi poi siete di Cristo, e Cristo di Dio ».[6] Chi da questo indistruttibile ordinamento volesse lasciar cadere Dio e Cristo, ritenendo delle parole dell'Apostolo soltanto il diritto dell'uomo salle cose, opererebbe una essenziale frattura nel disegno del Creatore. S. Paolo stesso incalzerebbe col monito: « Nessuno si glorii negli uomini ».[7] Chi non vede quanto sia attuale questo ammonimento per gli uomini del nostro tempo, così orgogliosi dei loro inventori e scopritori, i quali non soffrono più, come una volta, così spesso la dura sorte dell'isolamento, ma al contrario occupano la fantasia delle folle, ed anche la vigile attenzione degli uomini di Stato? Altra cosa però è tributare loro il giusto onore, ed altra attendere da essi e dalle loro scoperte la soluzione del fondamentale problema della vita. Pertanto la ricchezza e le opere, i progetti e le invenzioni, vanto e tormento dell'età moderna, debbono essere considerati in rapporto all'uomo, immagine di Dio.

c) Per manifestare questo vostro fraterno amore vorremmo indicarvi un mezzo particolarmente adatto. Voi sapete, diletti figli, quanto è difficile fare molto da sè soli, e come spesso è praticamente impossibile di far tutto. Siate dunque e dichiaratevi pronti a mettere insieme le vostre forze, rispondendo generosamente alle chiamate dei vostri confratelli, quando vi chiedessero aiuto per il loro apostolico ministero.

Naturalmente il retto ordine nell'apostolato e le stesse prescrizioni canoniche [4] richiedono che ognuno di voi rimanga abitualmente al suo posto di lavoro ; ma quando la legittima autorità permettesse o anche suggerisse di aiutarvi scambievolmente, superate per amore ogni ostacolo ; si avrà così non solo la *somma* delle forze, ma anche, per così dire, la moltiplicazione di esse.

2 - **DILIGITE ALTERUTRUM : AMATEVI SCAMBIEVOLMENTE ; AMATE IN PARTICULAR MODO COLORO CHE SONO AFFIDATI ALLE VOSTRE CURE.**

Senza dubbio l'amore deve essere universale, deve abbracciare tutti gli uomini. Tutti, infatti, sono creature di Dio, immagine di Lui e chiamati alla beatitudine celeste.

Ma il retto ordine nell'amore può ammettere — anzi prescrive dì fatto — alcuni gradi. Nulla di inconveniente, quindi, se il vostro tempo e le vostre energie saranno dedicate principalmente alle anime che più vi appartengono, perchè a voi le ha añídate la Chiesa. Ad esse dovete dirigere le vostre particolari premure ; per esse deve essere la vostra fervida dedizione.

a) Dedizione continua, innanzi tutto.

Salvo quindi il necessario ordine — per esempio, alcuni orari che di quest'ordine sono effetto insieme ed efficace strumento — i sacerdoti hanno l'obbligo sacro di fare quanto è possibile, perchè i fedeli abbiano facile modo di rivolgersi loro per le spirituali necessità. Ciò vale in particolar modo per l'amministrazione dei Sacramenti, che, quando vengono legittimamente richiesti, anche per sola devozione, non possono es-

[4] **Can. 465.**

sere rifiutati. Raccomandiamo specialmente di rendere possibile e agevole la Comunione quotidiana, tanto desiderata dalla Chiesa, la quale, mediante le recenti agevolazioni alla legge del digiuno eucaristico, ha voluto aprire anche più le porte dei Tabernacoli ai suoi fedeli.

b) La vostra dedizione deve essere gioiosa.

Sappiamo bene, e lo ricordavamo al principio, quanto costi al sacerdote l'essere pronto per tutti i bisogni, (spirituali, e, talora, anche temporali, specialmente in momenti difficili, come il presente), e a tutti i richiami. Sovente Noi stessi proviamo tanta pena nell'apprendere di quante gravi fatiche sono sovraccarichi molti di voi, diletti figli ; ma tale paterna comprensione non Ci dispensa dal mettervi in guardia da un pericolo, che potrebbe aver origine appunto dal vostro eccesso di lavoro : questo, infatti, potrebbe non solo rendervi mal disposti, ma talvolta addirittura irritarvi, farvi meno gentili, meno cortesi, insomma, meno caritatevoli. È facile immaginare con quanto grave danno delle anime ciò avverrebbe. Esse vengono a voi come a padri, quasi sempre con l'affanno nel cuore, con il dubbio nella mente. Poiché la carità è paziente e benefica,[5] poiché ((l'amore non sente gravame e non conosce fatica »,[6] può compiere il miracolo di rendere perenne il sorriso sulle vostre labbra. Chi può immaginare il bene che viene alle anime dalla letizia del sacerdote, il quale risponde pronto e gioioso a ogni chiamata, come se fosse chiamata di Dio?

3 - UN'ULTIMA PAROLA BRAMIAMO DI DIRVI, DILETTI FIGLI

Nei giorni scorsi abbiamo fatto oggetto di attenta considerazione le risposte da voi pervenute al questionario inviatovi dal Vicariato di Roma. È inutile dirvi quanti motivi di paterna consolazione Noi vi abbiamo trovato, rilevando tanta diffusione di luce, tanto vigore di vita, tanto fervore di opere apostoliche in molte parrocchie dei Rioni, dei Quartieri, delle Borgate e dell'Agro Romano. Tutto questo si deve al vostro spirito, vorremmo dire eroico, di abnegazione e al conseguente impeto col quale vi prodigate, raggiungendo un ritmo e una intensità di lavoro, si direbbe, superiori alle energie di cui potete effettivamente disporre.

Ma la stessa attenta meditazione Ci ha rivelato alcune ombre, che voi avete voluto lealmente mettere in evidenza. Per aiutarvi a dissiparle, Noi faremo quanto è in Nostro potere, affinchè la vostra volontà di pro-

[5] ***1 Cor.* 13, 4.**

[6] ***Imit. di Cr.* 1. 3 cap. 5 n. 4.**

digarvi senza respiro e senza riserve trovi corrispondenti opportunità di aiuto e precisione di indirizzi, e la vostra opera divenga sempre più coordinata, organica ed efficace.

È però necessario da parte vostra di conseguire quella piena fusione di menti e di cuori, che è il più nobile effetto dell'amore. Poiché sono* tante e tanto importanti le battaglie da vincere per la santificazione delle anime, per la salvezza delle famiglie, per la conservazione del volto cristiano alla città di Roma, voi dovete unire i vostri sforzi per un'azione comune che non badi a interessi personali, a gelosie, a rancori, ma tutto-bruci nel fuoco di una carità efficiente. Tale concorde azione voi dovete inculcare a tutti i vostri militanti, siano essi organizzati nell'Azione Cattolica, o raccolti sotto altri vessilli benedetti dalla Chiesa, od anche operanti al di fuori di ogni associazione. « *Multitudinis... credentium erat cor unum et anima una* ».[7] Questo come ben sapete, narrano gli Atti degli Apostoli, parlando dei primi cristiani : questo deve dirsi di tutti voi, di tutti i vostri fedeli.

Un particolare paterno richiamo intendiamo di fare a quei cristiani,, che operano nel campo civico e nel campo politico. Anche là si deve servire Cristo con le parole e le azioni individuali e collettive. Se qualcuno* fosse tentato di usare il cristianesimo come strumento di ascesa nella infida montagna delle ambizioni personali, deve essere francamente ammonito, specie se fosse indotto da non nobili motivi ad attentare alla concordia e alla unione dei cristiani. Troppo serio continua ad essere il pericolo e troppo gigantesca l'opera, alla quale tutti siete chiamati. Occorre saper resistere ancora e rinunciare non solo, come è ovvio, a velleità personali, ma anche a idee che potrebbero apparire, ed anche essere,, giuste e geniali. L'unione che raccomandiamo è frutto di amore, e l'amore è sempre sacrifìcio parziale o completo, ma dolce e fecondo, di ciò che abbiamo, di ciò che siamo.

Filioli, diligite alterutrum. Amatevi scambievolmente. È il ricordo! del vostro Padre ; è la parola che con tenerezza immensa vi ripetiamo.

Ed ora, diletti quaresimalisti e parroci, mentre di gran cuore impartiamo l'Apostolica Benedizione a voi e a tutta la solerte opera vostra, vorremmo anche esprimere l'augurio che il nuovo Ordine della Settimana Santa, che quest'anno per la prima volta si attua, permettendo ad un più grande numero di fedeli di assistere a quei grandi e venerandi riti liturgici, apporti i frutti spirituali che se ne sperano e contribuisca al-

[7] *Act* **4, 32**

l'incremento della pietà e della vita cristiana nella meditazione della passione, morte e resurrezione del Signor Nostro Gesù Cristo, Cui sia onore e gloria nei secoli. Amen !

NUNTIUS RADIOPHONICUS

ALUMNIS SCHOLARUM CATHOLICARUM STATUUM FOEDERATORUM AMERICAE SEPTENTRIONALIS, AD SOLLICITANDAM CARITATEM ERGA PUEROS INDIGENTES ALIARUM NATIONUM. *

The ever-pathetic appeal of your brothers and sisters in need, the wide world over, reaches your hearts once more, dear children, just as the Holy season of Lent begins. Today Ash Wednesday it will be ten full and fateful years since first We spoke with you of the sad lot of these darling little ones, and begged you in the name of their Lord Jesus and Ours, to help Mother Church to bring back some bloom of health and laughter to their haggard faces, some comfort to their miserable homes.

The word of thanks with which We greet you at school today is only a faint echo of Our grateful remembrance of you and your dear ones, day after day, at the altar of God, where remembrance is most precious. Not once have you allowed the hopes of the destitute to be crushed or Our own deluded. Not once during these ten years have you failed them, these innocent victims of a cruel war, flaming hot at first and still continuing, for many, all too heartless. Time and again, We well remember, when every other earthly door seemed closed, your small hands and unselfish hearts were open to their distress. Well had you learned at home and in your class-rooms the lesson that sums up all that the Master came to teach us : love is the one law by which the Christian lives. With what paternal joy and pride We found that charity had become a habit with so many of you. The children, whom your savings and sacrifices have helped, children of almost every colour and clime, owe you a debt that only the Lord Jesus can repay. But what happiness it means to know that He does repay with lavish hand, here and hereafter, even the penances and pocket-money you offer them from your hearts, at His call and for His sake.

*** Datus die 15 Februarii mensis a. 1956.**

You will not be surprised or discouraged, We are sure, to see so many empty hands outstretched to you still. The poor we have always with us, Our gentle Saviour wants us to remember.[1] But when He tells us that they are His poor, then it is a delight to realize that every tiny service you render them is really and truly rendered to Him.[2]

But what do they need, these helpless children of the divine Master you are hearing about year after year from your teachers at school, your parents at home, your priests in the pulpit and from the Vicar of Christ, whose words and very presence are carried to you today so marvellously from Rome.What have they the right to expect from you as members of Christ's one big family. Perhaps you have seen their pictures clinging to their parents as they are driven heartlessly from their homes and country in the East ; while others in the West look longingly for brighter and happier homes where family life can thrive again. What do they need? Not surely the cold solace that goes by the horrid name of a « hand-out ». The pennies and packages of the Christian boy and girl, like the widow's mite, must mean much more than that, These children need nothing less than *you* : your prayers and good works and sufferings of each day, over and above the treasure you have to give them out of your slim resources. We have said it so often before, and We repeat it again : Our children can never know true happiness, nor the world have peace and plenty, from mere money and machines, — though these gifts of God can work great wonders at the hands of those who really love their fellowmen for love of Him.

Recalling, as it does, the divine Master's gift of His all on His way to Calvary and the great victory of Easter beyond, to ensure the salvation of those who will follow Him, Lent is indeed the opportune time to give until it hurts, at least a little, to the poor and suffering members of His Body. We could depend on you from one Lent to another to provide the homeless with a decent shelter and a bite to eat. Your savings and offerings helped to tide them over the Winter with warmer clothes in a warmer room. By all means let your collection this year break all your records for a generosity, that has long since merited for your country the admiration of a grateful world. Let it reAvard in fullest measure the efforts of your Bishops to ease the burdens of Our thousands of ((adopted » children in every corner of the globe. Let your hearts'

[1] **MATTH. 26, 11.**
[2] **MATTH. 18, 5; 25, 40.**

devotion accompany and animate the gift. Pray for those you are helping, that they come to know and love their Saviour better each day. Remember their wants and worries along with your own, when you thank Jesus for so many blessings received after Holy Communion. By this sign, beloved little ones of Christ, shall all men know that you are His very own.[3] This way you shall bear witness to His living, loving presence in a world of wonders and tears, even to the ends of the earth.

And may Our Apostolic Blessing, which We now impart to you all from deep down in Our heart, help your parents, your priests and teachers to prepare you in this way to take your place, in God's good time, among the leaders of a better world at peace with itself and its Maker.

[3] **Io IS, 35**

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

INSTRUCTIO

AD ORDINARIOS OMNES NECNON AD MAGISTROS IN SEMINARIIS, IN ATHENAEIS, VEL IN STUDIORUM UNIVERSITATIBUS DOCENTES ET AD LECTORES IN STUDIORUM DOMIBUS RELIGIOSORUM : DE « ETHICA SITUATIONIS)).

Contra doctrinam moralem eiusque applicationem in Ecclesia catholica traditam multis in regionibus etiam inter catholicos spargi coepit systema ethicum quod plerumque nomine cuiusdam « Ethicae Situationis)) venit, quamque dicunt non dependere a principiis ethicae obiectivae (quae ultimatim in « Esse » fundatur), sed cum ea non solum in eadem linea poni, sed eidem super or dinar i.

Auctores qui hoc systema sequuntur decisivam et ultimam agendi normam statuunt non esse ordinem obiectivum rectum, naturae lege determinatum et ex hac lege certo cognitum, sed intimum aliquod mentis uniuscuiusque individui iudicium ac lumen, quo ei in concreta situatione posito innotescit quid sibi agendum sit. Haec igitur hominis ultima decisio secundum eos non est, sicut ethica obiectiva apud auctores maioris momenti tradita docet, legis obiectivae ad particularem casum applicatio, attentis simul ac ponderatis, secundum regulas prudentiae, particularibus « situationis » adiunctis, sed immediatum illud internum lumen et iudicium. Hoc iudicium saltem multis in rebus ultimatim nulla norma obiectiva, extra hominem posita atque ab eius persuasione subiectiva independente, quoad suam obiectivam rectitudinem ac veritatem est mensuratum, neque mensurandum neque mensurabile, sed sibi ipsi plene sufficit.

Secundum hos auctores « naturae humanae » conceptus traditionalis non sufficit, sed recurrendum est ad conceptum naturae humanae ((exsistentis » qui quoad plurima non habet valorem obiectivum absolutum, sed relativum tantum ideoque mutabilem, exceptis fortasse illis paucis elementis atque principiis quae ad naturam humanam metaphysicam (abso-

lutam et immutabilem) spectant. Eiusdem valoris tantum relativi est traditionalis conceptus « legis naturae ». Perplura autem quae hodie circumferuntur tamquam legis naturae postulata absoluta, nituntur secundum eorum opinionem et doctrinam in dicto conceptu naturae exsistentis, ideoque non sunt nisi relativa et mutabilia atque omni semper situationi adaptari queunt.

Acceptis atque ad rem deductis his principiis, dicunt atque docent homines in sua quisque conscientia non imprimis secundum leges obiectivas, sed mediante lumine illo interno individuali secundum intuitionem personalem iudicantes, quid ipsis in praesenti situatione agendum sit, a multis conflictibus ethicis aliter insolubilibus praeservari vel facile liberari.

Multa quae in huius « Ethicae Situationis » systemate statuuntur, rei veritati sanaeque rationis dictamini contraria sunt, relativismi et modernismi vestigia produnt, a doctrina catholica per saecula tradita longe aberrant. Variis systematibus Ethicae non catholicae in non paucis assertis affinia sunt.

Quibus perpensis, ad avertendum « Novae Moralis » periculum, de quo Summus Pontifex Pius Pp. XII in Allocutionibus diebus 23 Martii et 18 Aprilis 1952 habitis locutus est,[1] et ad doctrinae catholicae puritatem et securitatem tuendam, haec Suprema Sacra Congregatio Sancti Officii interdicit et prohibet hanc « Ethicae Situationis » doctrinam, quovis nomine designetur, in Universitatibus, Athenaeis, Seminariis et religiosorum formationis domibus tradi vel approbari, aut in libris, dissertationibus, acroasibus seu, ut aiunt, conferentiis, vel quocumque alio modo propagari atque defendi.

Datum Romae, ex Aedibus S. S. Congregationis S. Officii, die 2 Februarii a. 1956.

SB I. Card. **PIZZARDO**, Ep. Albanensis, *Secretarius*

[1] ***Acta Apostolicae Sedis,* vol. XLIV (1952), p. 270 ss. et p. 413 ss.**

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

BURGENSIS - TOLETANAE ET ALIARUM

DECRETUM
DE MUTATIONE FINIUM DIOECESIUM

Initis inter Sanctam Sedem et Hispanicum Gubernium die xxvn mensis Augusti anno 1953 solemnibus Conventionibus de finibus dioecesium, Exc. P. D. Hildebrandus Antoniutti, Archiepiscopus titularis Synnadensis in Phrygia et in Hispania Nuntius Apostolicus, ab Apostolica Sede postulavit ut limites nonnullarum dioecesium interim immutarentur.

Sanctissimus Dominus Noster Pius Divina Providentia PP. XII, praehabitis favorabilibus votis Emi P. D. Henrici S. R. E. Cardinalis Pia y Deniel, Archiepiscopi Toletani, necnon Excmorum dioecesium de quibus agitur Ordinariorum, ratus petitam finium immutationem in uberius spirituale fidelium bonum cessuram, oblatis precibus benigne annuere dignatus est.

Quapropter suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, de plenitudine Apostolicae potestatis praesentibus Litteris distrahit:

1. ab archidioecesi *Burgensi* paroecias archipresbyteratuum vulgo : *Reinosa, Santa Cruz, Valdeprado,* et *La Rasa* intra fines civilis provinciae *Santander* nuncupatae, atque *Canales, Ezcaray* et *Treviana* intra limites civilis provinciae *Logroño* appellatae comprehensas, et tandem paroeciam *Montenegro de Cameros* ad civilem provinciam vulgo *Soria* pertinentem ;

2. a dioecesi *Legionensi* territorium quod in finibus provinciae civilis *Santander* exstat ;

3. a dioecesi *Oœomensi* nonaginta quattuor paroecias in fines civilis provinciae vulgo *Burgos* et duas paroecias in fines civilis provinciae vulgo *Segovia* patentes ;

4. a dioecesi *Seguntina* paroecias archipresbyteratuum *Almazán, Ayllón, Baraona, Berlanga del Duero, Maranchón, Medinaeeli, Retor-*

tillo atque *Ariza* ad provinciam civilem vulgo *Soria,* necnon archipresbyteratum *Sorbe* et *Ayllón* ad civilem provinciam Segovia nuncupatam pertinentes ;

5. a dioecesi *Galaguritana et Galceatensi* paroecias archipresbyteratum vulgo *Yanguas* et *San Pedro de Manrique* in territorio civilis provinciae *Sorta* et alias decem in finibus civilis provinciae vulgo *Burgos* exstantes ;

6. a dioecesi *Segobiensi* paroecias *Aldeavieja, Maello,* et *Peguerinos* nuncupatae in fines civilis provinciae *Avila,* atque *Fuentelcesped, Milagros, Perdilla* et *Santa Cruz de la Salceda* in territorium civilis provinciae *Burgos* sese extendentes ;

7. a dioecesi *Abulensi* novem paroecias in finibus civilis provinciae cui nomen *Segovia* sitas ;

8. ab archidioecesi *Toletana* paroeciam *Navahondilla* appellatam in fines civilis provinciae *Avila* patentem.

9. a dioecesi Palentina sex paroecias in finibus sitas civilis provinciae vulgo *Santander;*

Sanctitas Sua pariter memorata territoria dioecesibus infra recensitis sequenti ratione adnectit :

1. archidioecesi *Burgensi* paroecias nonaginta quattuor a dioecesi Oxoniensi, decem a dioecesi Galaguritana et Galceatensi, atque memoratas *Fuentelcesped, Milagros, Perdilla* et *Santa Cruz de la Salceda* a dioecesi Segobiensi distractas ;

2. dioecesi *Santanderiensi* paroecias praefatorum archipresbyteratum vulgo «*Reinosa, Santa Cruz, Valdeprado* et *La Rasa* ab archidioecesi Burgensi, sex paroecias a dioecesi Palentina necnon territorium a dioecesi Legionensi per praesens separata ;

3. dioecesi *Galaguritanae et Galceatensi* paroecias trium quos supra memoravimus archipresbyteratuum *Ganales, Fzcaray* et *Treviana* ab archidioecesi Burgensi dismembratas ;

4. dioecesi *Oxoniensi* paroecias archipresbyteratuum : *Almazán, Ariza, Ayllón, Baraona, Berlanga del Duero, Maranchón, Medinaceli* et *Retortillo* a dioecesi Seguntina, *Yanguas* et *San Pedro de Manrique* a dioecesi Galaguritana et Galceatensi ac tandem paroeciam *Montenegro de Cameros* ab archidioecesi Burgensi, uti supra, separatas;

5. dioecesi *Segobiensi* paraecias archipresbyteratuum *Ayllón* et *Sorbe* a dioecesi Seguntina, duas a dioecesi Oxomensi et novem a dioecesi Abulensi distractas ;

6. dioecesi *Abulensi* memoratas paroecias *Aldeavieja, Maello* et *Pe-*

guerinos a dioecesi Segobiensi atque *Navahondilla* ab archidioecesi Toletana dismembratae.

Tandem Sanctissimus Dominus Noster, sic immutatis dioecesium finibus, mandat ut documenta et acta singulas praefatas parioecias respicientia a Curia *a qua* ad Curiam dioeceseos cui quaelibet paroecia noviter est aggregata tradantur ; ad clerum vero quod attinet, decernit ut simul ac praesens Decretum ad effectum deductum fuerit, clerici dioecesi illi censeantur incardinati in cuius territorio legitime degunt.

Ad haec omnia exsecutioni mandanda Sanctitas Sua memoratum Exc. P. D. Hildebrandum Antoniutti deputare dignata est, necessarias et opportunas ei tribuens fecultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad S. Congregationem Consistorialem quam primum remittendi authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Quibus super rebus praesens edi iussit Consistoliale Decretum perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis Consistorialis die 22 Novembris 1955.

ff Fr. A. **I.** Card. **PIAZZA**, Ep. Sabinen, et Mandelen., *a Secretis*

L. *B* S.

Iosephus Ferretto, *Adsessor*

II

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius Divina Providentia Papa XII, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 29 Iulii 1955 — Cathedrali Ecclesiae Dumaguetensi, noviter erectae, praefecit R. D. Epiphanium Surban Belmonte, e dioecesi Legaspiensi, cancellarium Curiae archiepiscopalis Caebuanae.

die 20 Decembris — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Selymbrianae Exc. P. D. Michaelem Darium Miranda y Gómez, hactenus Episcopum Tulancingensem, quem constituit Coadiutorem, etiam sedi datum, Exc. P. D. Aloisii Martínez, Archiepiscopi Mexicani.

die 22Decembris — Titulari episcopali Ecclesiae Hieritanae R. D. Joannem L. Morkovsky, parochum S. Mariae Magdalenae ex archidioe-

cesi S. Antonii, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Laurentii Julii Fitz Simon, Episcopi Amarillensis.

die 12 Ianuarii 1956 — Cathedrali Ecclesiae Chilapensi Exc. P. D. Alfonsum Toriz Cobián, hactenus Episcopum titularem Avissensem.

die SI Ianuarii — Metropolitanae Ecclesiae Utinensi Exc, P. D. Iosephum Zaffonato, hactenus Episcopum Victoriensem Venetorum.

die 7 Februarii — Titulari episcopali Ecclesiae Aegaeae R. D.. Marium Paré, ex dioecesi S. Annae Pocatierensis, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Georgi Melançon, Episcopi Chicoutimiensis.

die 11 Februarii — Titulari episcopali Ecclesiae Memphitanae R. D. Henricum Forer, Cubicularium intimum supra numerum Sanctitatis Suae, decanum parochum oppidi vulgo « Cortina d'Ampezzo », in dioecesi Brixinensi, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Caroli De Ferrari, Archiepiscopi Tridentini.

die 1 Martii — Titulari episcopali Ecclesiae Eluzanae R. D. Laurentium F. Schott, parochum B. Mariae Virginis de Monte Carmelo, ex dioecesi Harrisburgensi, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Georgii Leonis Leech, Episcopi Harrisburgensis.

die 10 Martii — Cathedrali Ecclesiae Groningensi, nuper erectae, R. D. Petrum Antonium Merman, parochum decanum St. Martini in civitate Groningensi.

— Cathedrali Ecclesiae Roterodamensi, nuper erectae, R. D. Martinum Antonium Jansen, parochum decanum St. Ludovici in civitate Leidensi.

S A C R A C O N G R E G A T I O R I T U U M

i

CENOMANEN,

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI BASILII ANTONII M0REATJ, SACERDOTIS FUNDATORIS CONGREGATIONIS A SANCTA CRUCE.

SUPER DUBIO

An signanda sit commissio Introductionis causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Apostolus Petrus, ut animum neophytis adderet, qui magnis angebantur tribulationibus, futuram gloriam eis novissimo tempore paratam denuntiabat : *In quo,* scribit, *exsultabitis, modicum nunc si oportet con-*

tristari in variis tentationibus, ut probatio vestrae fidei multo pretiosior auro (quod per ignem probatur), inveniatur in laudem et honorem in revelatione lem Christi (I Pet. 1, 6-7).

Sapientissima enim providentia, Deus, ut maius fideles sui praemium, et quidem aeternum, assequantur, eos multis tribulationibus disponit vexari, iusta illud Tobiae, Raphaele Archangelo affirmante : « *Quia acceptus eras Deo, necesse fuit ut tentatio probaret te*)) (Tob. 12, 13) ; et Paulus : « *Omnes qui pie volunt vivere in Christo Iesu, persecutionem patientur)-)* (II Tim. 3, 12). Quapropter nullus Dei Servus a gravibus seu corporis seu animi doloribus exstitit immunis; sicque eius animus ad perfectionem, heroicam quoque, perductus fuit eiusque opera, quo magis fuerint obtrectata, eo magis per virtutem crucis solidata fuere, ut evidentius appareat non esse sapientiam, prudentiam, consilium contra Dominum (Conf. Prov. 21, 30).

Quae omnia, in Servi Dei Basilii Antonii Mor eau vita, si attente haec perpendatur, ad amussim contigerunt.

In *Laigné-en-Bélin* oppido, intra Cenomanensis dioecesis fines, die 11 Februarii mensis anno 1799 e piis honestisque coniugibus Ludovico Moreau et Ludovica Pioger natus est Servus Dei, cui in baptismo a sacerdote catholico die 21 eiusdem mensis collato, Basilii Antonii nomen fuit impositum. Pietatis germina intra domesticos parietes ac litterarum primordia a parocho recepta, in collegio *Chateau-Gontier* complementum sunt assecuta et quidem feliciter. Anno 18.16, sacra Tonsura recepta, Clericus factus est. Sequenti anno minus Seminarium est ingressus, dein maius, ubi ingenii acie pietatisque laude reniduit. Die 12 Augusti anno 1821 ad sacrum Presbyteratus ordinem fuit promotus atque Lutetiam Parisiorum ad studia perficienda missus. Philosophiam, Theologiam Sacrasque Litteras in Seminario Cenomanensi docuit ac insimul verbo Dei praedicando magna cum laude felicique spirituali fructu incubuit. Boni Pastoris Institutum fovit. Plurimum quoque in sacerdotum favorem adlaboravit, cum ut ad ministeria sacerdotalia pietate ac scientia aptiores redderentur, tum ut senescentes ac infirmi necessariis curis fruerentur.

Sacerdos Dujarié anno 1820 Institutum sub S. Ioseph Patrocinio condere moli tus est e laicis constans, qui ac illae in parochorum adiutorium catechismum docerent aliaque in templi decorem peragerent. Verum, quum institutum hoc non multo post deficere videretur, Episcopus, ipso instituti conditore annuente, eius relevandi curam Servo Dei anno 1835 concredidit. Hinc factum est ut Dei Servus, qui eodem

anno opus *Sacerdotum Auxiliarium* instituerat, ut efficacius parochis, praesertim ruralibus, auxilium afferretur, utrumque institutum coagmentaverit, novis regulis ac constitutionibus datis religiosisque additis votis; atque a loco, in quo principem domum constituerat, a *Sancta Cruce Congregationi* nomen indidit; sicque anno 1837, Episcopo approbante, Congregatio aliquod initium sumpsit.

Iuxta morem tunc in Gallia vigentem cura linteorum aliorumque huiusmodi ac infirmorum in Seminariis aliisque piis Institutis religiosis Sororibus concedebatur, verum, quum incassum Servus Dei inquisitiones fecerit, anno 1839 nonnullas pias iuvenes coegit, quas Mañanitas nuncupavit. Hae in Cenomanensi dioecesi « Conversae » tantum fuere, in aliis vero dioecesibus, aucto earum numero, ipsis Episcopis hoc cupientibus, factae quoque sunt ludi magistrae. Sequenti anno in festo Assumptionis B. M. V. Episcopus Servi Dei religiosa vota excepit. Deinde quattuor sodales sua vota in manibus Servi Dei emiserunt sicque *Congregatio a Sancta Cruce* definite principium habuit.

Etsi Servus Dei solum Eius gloriam, animorum salutem prae oculis habebat, summaque prudentia, humilitate et caritate se gerebat, acerrimis luctationibus fuit impetitus, quas patientissime Deo confisus heroice sustinuit, Pii Papae Noni benevolentia suffultus. Hisce in discriminibus eius virtutes maiori luce modo renident; immo has pluribus gratiis Deus munifice rependit. Congregatio enim mire per orbem praecipue vero in Septentrionali America propagata est atque in Inda Missione Dacchensi.

Abdicatio summi Congregationis regiminis pluries oblata, anno 1886 acceptata fuit. Solus, a nonnullis reiectus, ab Instituti a se conditi moderatione divulsus, divinae se voluntati ex toto corde conformans, iugi orationi intentus, corporalibus atrocibus doloribus cruciatus, morientium sacramentis refectus, die 20 Ianuarii anno 1873 spiritum Deo reddidit.

Sanctitatis fama post mortem magis erumpente, anno 1948 ordinaria auctoritate Informativi processus super scriptis, super fama sanctitatis ac non cultu in Cenomanensi Curia peracti sunt Urbemque delati.

Interim quinque supra centum quinquaginta litterae, a Cardinalibus, Archiepiscopis, Episcopis aliisque in dignitate et auctoritate constitutis, famam sanctitatis Famuli Dei confirmantes, Congregationisque a S. Cruce sodalium beneficia seu apud nostrates seu in Missionibus summis laudibus extollentes, Summo Pontifici sunt oblatae causae Introductionem postulantes. Quas inter recenseri praestat illas ab Emis ac

Revmis Dominis Eugenio Cardinali Tisserant, S. Collegii Decani Sacraeque Congregationis Orientalis a Secretis, Petri Fumasoni Biondi, S. Congregationis de Propaganda Fide Praefecti, Iacobi Me Guigan, Archiepiscopi Torontin., Pauli Léger, Archiep. Marianopolitana nunc Cardinalis, Mauritii Feltin, Archiep. Parisien., nunc quoque Cardinalis, Apostolicique denique Delegati in Statibus Foederatis Americae Septentrionalis.

Quare Sacra haec Rituum Congregatio die 22 Maii anni 1953, scriptis perpensis, decrevit nihil obstare quominus ad ulteriora procedi posset.

Servatis itaque omnibus de iure servandis, instante R. P. D. Renato Fontenelle, Canonico Vaticano et Causae huius Postulatore legitime constituto, die 15 mensis Martii 1955, in Ordinario Coetu ad Vaticanum congregato, Emus Dominus Clemens Cardinalis Micara, Episcopus Veliternus Suaeque Sanctitatis in Urbe Vicarius et Causae Relator, dubium discutiendum proposuit: *An signanda sit commissio introductionis causae in casu et ad effectum de quo agitur* deque ea retulit. Et Emi Patres, sacris tuendis ritibus praepositi, auditis quoque Officialibus Praelatis, praesertim vero R. P. D. Salvatore Natucci, Sanctae Fidei Promotore Generali, rescribere censuerunt : *Signandam esse commissionem, si Sanctissimo placuerit.*

Facta demum de his omnibus Summo Pontifici Jio Papae XII subsignata die fideli relatione, Sanctitas Sua rescriptum Purpuratorum Patrum ratum habuit et *commissionem introductionis causae Servi Dei Basilii Antonii Moreau* Sua manu signare dignata est.

Datum Romae, die 12 Maii, Anno Domini 1955.

C. Card. **CICOGNANI,** *Praefectus*

L. © S.

f A. Carinci, Archiep. Seleuc, *Secretarius*

II

DECLARATIO

CIRCA FUNCTIONES ((TRIDUI SACRI)) SECUNDUM ORDINEM HEBDOMADAE SANCTAE INSTAURATUM.

In Ordine hebdomadae sanctae instaurato, praeter rubricas de sacrorum rituum celebratione solemni, id est *cum* ministris sacris, rubricae adduntur pro eorundem rituum celebratione simplici, id est *sine* ministris sacris, eo sane proposito ut eorundem rituum celebratio facilior reddatur in omnibus ecclesiis vel oratoriis publicis et semipublicis.

Cum vero circa hanc rem dubia quaedam orta sint, S. Rituum Congregatio sequentia declaravit ac statuit :

1. In omnibus ecclesiis et oratoriis publicis et semipublicis, ubi copia habeatur sacrorum ministrorum, sacri ritus dominicae II Passionis seu in Palmis, feriae V in Cena Domini, feriae VI in Passione et Morte Domini et Vigiliae paschalis, in forma solemni celebrari possunt *(Instructio,* n. 4).

2. In ecclesiis autem et in oratoriis publicis et semipublicis, ubi sacri ministri desunt, ritus simplex adhiberi potest. Ad praefatum autem ritum simplicem peragendum, requiritur numerus sufficiens ((ministrantium », sive clericorum, sive saltem puerorum, et quidem trium ad minus pro dominica II Passionis seu in Palmis et pro Missa in Cena Domini ; et quatuor saltem in celebratione Actionis liturgicae feria VI in Passione et Morte Domini et Vigiliae paschalis. Hi autem « ministrantes » sedulo instructi esse debent de iis quae ab ipsis agenda sunt *(Instructio,* n. 3). Duplex haec conditio, scilicet de sufficienti numero « ministrantium » et de eorundem congrua praeparatione, prorsus requitur ad ritum simplicem peragendum. Ordinarii loci invigilent ut haec duplex conditio, pro eodem ritu simplici statuta, adamussim observetur.

3. Ubi feria V hebdomadae sanctae, post Missam in Cena Domini, etiam in forma simplici celebratam, translatio et repositio habeatur Ssmi Sacramenti, stricte requiritur ut in eadem ecclesia vel oratorio, Actio quoque liturgica postmeridiana feriae VI in Passione et Morte Domini locum habeat.

4. Si quacumque de causa Missa in Cena Domini etiam ritu simplici celebrari non possit, Ordinarius loci, ratione pastorali, binas Missas lectas permittere poterit in ecclesiis vel oratoriis publicis litandas, unam

vero tantum Missam lectam in oratoriis semipublicis *(Instructio,* n. 17) ; servato *Decreto,* n. 7, quoad tempus celebrationis earundem Missarum.

5. Vigilia paschalis celebrari potest etiam in ecclesiis vel oratoriis ubi functiones feriae V et VI locum non habuerint, vel omitti in ecclesiis vel oratoriis in quibus praefatae functiones celebratae sunt.

6. Sacerdotibus qui curam duarum vel plurium habeant paroeciarum, Ordinarius loci permittere potest binationem Missae in Cena Domini, repetitionem Actionis liturgicae feriae VI in Passione et Morte Domini, et binationem Missae Vigiliae paschalis; non tamen in eadem paroecia; et servatis semper iis quae statuta sunt quoad tempus celebrationis *(Decretum,* n. 7).

Quibus omnibus Sanctissimo Domino Nostro Pio Pp. XII ab infrascripto Cardinali, S. Rituum Congregationis Praefecto, per singula relatis, Sanctitas Sua hanc eandem declarationem et resolutionem approbare dignata est.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Die 15 Martii anni 1956.

C. Card. **CICOGNANI,** *Praefectus*

L. © S.

f A. Carinci, Archiep. Seleuc, *a secretis*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

PERUSINA

NULLITATIS MATRIMONII (PIERINI - HAGEN)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Dominae Catharinae Hagen, in causa conventae, eandem citamus ad comparendum, sive per se sive per procuratorem legitime constitutum, in Sede Tribunalis Sacrae Romanae Rotae (Roma, Palazzo della Cancelleria) die 15 Maii 1956, hora 11, ad concordandum de dubio disputando, vel ad infrascriptum subscribendum et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione.

An constet de matrimonii nullitate, in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedictae Dominae Catharinae Hägen curare debent, ut de hac edictali citatione ipsa moneatur. *

Raymundus Lamas, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 8 Martii 1956.

C. Pezzicara, *Notarius ff.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M.me Catherine Hägen défenderesse en cette cause, nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le lo Mai 1956, a 11 heures, pour concorder ou souscrire la doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.

Gonste-t-il de la nullité du mariage dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de la dite Catherine Hägen, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Lunedì, **27** febbraio **1956,** il Santo Padre Pio XII ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Dott. **TULLIO FRANCO FRANCO**, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario della Repubblica Dominicana, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

Mercoledì, **29** febbraio **1956,** il Santo Padre Pio XII ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Dott. **SENJIN TSURUOKA**, Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario del Giappone, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

14 febbraio 1956. Il Revino Monsig. Garofalo Salvatore, *Qualificatore della S. Sacra Congregazione del Sant'Offizio.*

20 » » Il Revmo Padre Bugnini Annibale, della Congregazione della Missione, *Consultore della Sacra Congregazione dei Riti (II Sezione - per la Sacra Liturgia).*

» » » L'Illlmo e Revtmo Monsig. Giusti Martino e Pillino sig. Brezzi Paolo, *Consultori della Sacra Congregazione dei Riti (III Sezione - per la Cause storiche dei Servi di Dio e l'emendazione dei libri liturgici).*

Parimente con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Assistenti al Soglio Pontificio'.

29 aprile 1955. S. E. Revma Monsig. O'Brien Enrico, Arcivescovo di Hartford.

» » » S. E. Revma Monsig. Kearney Giacomo, Vescovo di Rochester.

Protonotari Apostolici ad instar participantium :

10 maggio 1955. Monsig. Summers Aroldo, dell'arcidiocesi di S. Giovanni di Terranova.
1 dicembre » Monsig. Maglioire Vincenzo della diocesi di Bassa-Terra.
13 » » Monsig. Gatpayad Narciso, dell'arcidiocesi di Manila.
» » » Monsig. Mendoza Guglielmo, della medesima arcidiocesi.
3 febbraio 1956. Monsig. Sartori Antonio, della diocesi di Vittorio Veneto.
» » » Monsig. Stefani Pietro, della medesima diocesi.

Prelati Domestici di Sua Santità

29 settembre 1954. Monsig. Doyle Michele, della diocesi di Toledo in America.
Monsig. Foran Enrico, della medesima diocesi.
Monsig. Frommherz Fridolino, della medesima diocesi.
Monsig. Gabel Riccardo, della medesima diocesi
Monsig. Griffini Leo, della medesima diocesi
Monsig. Hebbeler Giacomo, della medesima diocesi.
Monsig. Kelly Ignazio, della medesima diocesi.
Monsig. Me Keown Guglielmo, della medesima diocesi.
Monsig. Maher Roberto, della medesima diocesi.
Monsig. Reineck Carlo, della medesima diocesi.
Monsig. Schekehoff Raimondo, della medesima diocesi.
Monsig. Schumaker Norberto, della medesima diocesi.
Monsig. Vogel Giovanni, della medesima diocesi.
Monsig. Wegel Ilario, della medesima diocesi.
5 febbraio 1955. Monsig. Corkery Geremia V., della diocesi di Peterborough.
» » Monsig. O'Leary Michele, della medesima diocesi.
2 marzo Monsig. Jamier Augusto della diocesi di Capo Haitiano.
.23 Monsig. Gosselin Paolo Emilio, dell'arcidiocesi di Québec.
» » Monsig. Labbé Omer, della medesima arcidiocesi.
Monsig. Nadeau Rosario, della medesima arcidiocesi.
» » Monsig. Nolin Raimondo, della medesima arcidiocesi.
28 » Monsig. Chapleau Giuseppe Avila, della diocesi di Sault Ste--Marie nel Canada.
» Monsig. Humphrey Giuseppe C, della medesima diocesi.
Monsig. Racette Oscar, della medesima diocesi.
31 » Monsig. Hanley Giovanni G., dell'arcidiocesi di Kingston.
Monsig. Sullivan Giacomo Patrizio, della medesima arcidiocesi.
15 aprile » Monsig. Michaud Davide Alessandro, dell'arcidiocesi di San Germano di Rimouski.
10 maggio » Monsig. Ryan Francesco, dell'arcidiocesi di S. Giovanni di Terranova.
16 » Monsig. Hobson Leone, dell'arcidiocesi di Vancouver.
» » Monsig. Kane Giuseppe, della medesima arcidiocesi.
» » Monsig. Clinton Francesco, della medesima arcidiocesi.
» Monsig. Leblanc Elia, della diocesi di Yarmouth.
» Monsig. Leblanc Tommaso, della medesima diocesi.

23 settembre 1955. Monsig. Belleza Nicànore, dell'arcidiocesi di Nuova Cáceres.
» » » Monsig. Iligan Gaetano, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Lanuza Pietro, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Puertollano Arsenio, della medesima arcidiocesi,
» » » Monsig. Reganit Antonino, della medesima arcidiocesi.
28 ottobre » Monsig. Bourquard Paolo, della diocesi di Basilea e Lugano.
7 novembre » Monsig. Mukasa Vittorio, della diocesi di Masaka.
15 » - » Monsig. Vierra Benedetto, della diocesi di Honolulu.
22 » » Monsig. Puthenpurackal Tommaso, della diocesi di Changanacherry.
6 dicembre » Monsig. Cassidy Giacomo, dell'arcidiocesi di Boston.
» » » Monsig. Ourtin Giuseppe, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Doyle Ugo, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Foley Guglielmo, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Garrahan Tommaso, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Mahoney Giovanni, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Mercier Arturo, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Murray Giovanni, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Shea Alberto, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. White Andrea, della medesima arcidiocesi.
7 » » Monsig. Cantafora Nicola, della diocesi di Crotone.
» » » Monsig. Frattegiani Bruno, dell'arcidiocesi di Perugia.
» » » Monsig. Pasolini Emilio, della diocesi di Rimini.
13 » » Monsig. Aguinaldo Giuseppe, dell'arcidiocesi di Manila.
» » » Monsig. Arcaira Leopoldo, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Avendaño Francesco, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Casas Artemio, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Mempin Ferdinando, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Resurrección Onorio, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Tizon Gesù, della medesima arcidiocesi.
7 gennaio 1956. Monsig. Reh Francesco, dell'arcidiocesi di New York.
13 » » Monsig. Roche Giorgio, della diocesi suburbicaria di Porto e g. Rufina.
30 » » Monsig. Gonsalves Reginaldo, della diocesi di Poona.
7 febbraio » Monsig. Masucci Beniamino, della diocesi di Nola.

Camerieri segreti soprannumerari di 8. 8.:

27 marzo 1954. Monsig. Manthey Giovanni, della diocesi di Culma.
29 settembre » Monsig. Harrington Giovanni, della diocesi di Toledo in America.
» » » Monsig. Mossing Lorenzo, della medesima diocesi.
» » » Monsig. O'Toole Giacomo, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Schmit Gerolamo, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Yates Roberto, della medesima diocesi.
29 ottobre » Monsig. Masci Antonio (Roma).
29 novembre » Monsig. Lucas Vincenzo Ilario, della diocesi di Nagpur.
16 maggio 1955. Monsig. Brown Giacomo, dell'arcidiocesi di Vancouver.

12 settembre 1955. Monsig. Delvaux Emilio, della diocesi di Namur.
25 ottobre » Monsig. Galbiati Pasquale, dell'arcidiocesi di Milano.
» » » Monsig. Maggiolini Carlo, della medesima arcidiocesi.
26 novembre » Monsig. Guareschi Lorenzo, della diocesi di Fidenza
» » » Monsig. de Carvalho Pinto Emanuele, della diocesi di Lamego.
7 dicembre Monsig. Vasini Giuseppe, della diocesi di Rimini.
Monsig. Marzani Pietro (Roma).
» Monsig. Testori Mario (Roma).
Monsig. Cozzato Carmelo, della diocesi di Ugento.
13 Monsig. Abad Pietro, dell'arcidiocesi di Manila,
Monsig. Ortiz Giustino, della medesima arcidiocesi.
Monsig. Sicat Felice, della medesima arcidiocesi.
3 gennaio 1956. Monsig. Mancorti Francesco, della diocesi di Modigliana.
» » » Monsig. Fracassi Guglielmo, dell'arcidiocesi di Siena.
6 » » Monsig. Agustoni Gilberto, dell'amministrazione apostolica di Lugano.
» » Monsig. Finelli Giacinto (Roma).
19 » Monsig. Lenzini Guido, della diocesi di Pistoia.
30 » Monsig. Collaco Emmanuele Saverio, della diocesi di Poona.
» » Monsig. Pereira Pietro, della medesima diocesi
3 febbraio Monsig. Vendrame Lino, della diocesi di Vittorio Veneto.
7 Monsig. Campanale Giuseppe, della diocesi di Nola.
» Monsig. Cece Antonio, della medesima diocesi.
Monsig. Pierro Luigi, della medesima diocesi.
» Monsig. Vacchiana Domenico, della medesima diocesi.
14 Monsig. Cadelli Umberto della diocesi di Concordia.
» Monsig. Della Valentina Pio, della medesima diocesi.
17 Monsig. Ferrali Sabatino, della diocesi di Pistoia.

Cameriere segreto soprannumerario di spada e cappa di 8. 8. :

28 gennaio 1956. Il Nob. Bajóla Parisani Filippo (Roma).

Cameriere d'onore in abito paonazzo di 8. 8.:

3 febbraio 1956. Monsig. Piai Carmelo, della diocesi di Vittorio Veneto

Camerieri d'onore di numero di spada e cappa di 8. 8.:

25 dicembre 1955. Il sig. Gedda Luigi (Roma).
10 gennaio 1956. Il sig. Gualdi Tullio (Roma).

Camerieri d'onore soprannumerari di spada e cappa di 8. 8.

25 dicembre 1955. Il sig. Cortis Tommaso (Roma).
» » » Il sig. Hoerner Arturo (Roma).
28 gennaio 1956. Il sig. Sormanti Luigi (Roma).

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Gran Grece dell'Ordine Piano :

7 gennaio 1956. A S. E. Vega Nicola, Ambasciatore della Repubblica Dominicana presso la S. Sede.

19 » » A S. E. il Dott. Knbitschek de Oliviera Juscelin, Presidente eletto degli Stati Uniti del Brasile.

27 febbraio » A S. E. il Visconte Berreyer Giuseppe, Ambasciatore del Belgio presso la S. Sede.

» » A S. E. il Dott. Carbonell-Debali Alfredo, Ambasciatore dell'Uruguay presso la S. Sede.

» » A S. E. il Dott de Calheiros e Menezes Francesco, Ambasciatore del Portogallo presso la S. Sede.

» » A S. E. Kamal-Hedayat Hassan-Alì, Ambasciatore dell'Iran presso la S. Sede.

La Commenda con Placca dell'Ordine Piano :

28 gennaio 1956. Al sig. Lucioiii Mario (Italia).

La Placca dell'Ordine Piano :

27 febbraio 1956. Al Conte Salimei Pietro (Roma).

La Commenda dell'Ordine Piano :

27 febbraio 1956. Al Conte Fani Ciotti Tommaso (Roma).

La Gran Croce dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

28 gennaio 1956. Al sig. Luz Carlo (Brasile).
» » » Al sig. Ramos Nereo (Brasile).
» » » Al sig. de Oliveira Camillo (Brasile).
» » » Al sig. Marcondes Filho Alessandro (Brasile).
» » » Al sig. Moccia Oscar (Italia).
» » » Al sig. Baldoni Corrado (Italia).
» » » Al sig. Migone Bartolomeo (Italia).
» » » Al sig. Rossi Bonghi Alberto (Italia).

La Gran Croce dell'Ordine di san Gregorio Magno, elesse militare:

28 gennaio 1956. Al Gen. Roda Alberto (Italia).

An. et vol. XXXXVIII 16 Aprilis 1956 (Ser. II, v. XXIII) - N. 4

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ANNIVERSARIAE CELEBRATIONES
IN HONOREM SUMMI PONTIFICIS PII XII
SUPERIORE MENSE MARTIO HABITAE

Adveniente die **II** mensis Martii a. **MCMLVI**, quo octogesimus occurrit Natalis Pii Pp. XII ac simul decimus septimus expletus annus ab Eius ad Petri Cathedram electione, christifideles catholici Orbis universi, summo exsultantes gaudio, laetitiae et amoris significationes necnon felicitatis vota Summo Pontifici, Christi Vicario ac Veneratissimo Patri certatim promere studuerunt.

* * *

Imprimis Pridie Kalendas Martias Eminentissimi Patres Cardinales, qui Eomae aderant, qui sunt : Revmi PP. DD. Micara, Pizzardo, Aloisi Masella, Piazza, Tedeschini, Pumasoni Biondi, Tappouni, Copello, Agagianian, Me Guigan, Frings, Costantini, Cicognani, Valeri, Ciriaci, Canali, Ottaviani, nomine etiam ceterorum Emorum Patrum extra Urbem degentium, Beatissimo Patri fervida ac devota omina coram significarent.

Postea accesserunt Excimus P. D. Tardini, Prosecretarius Status, singulique Praelati Praepositi tum Secretariae Status, tum Domui Pontificis, qui, nomine etiam suorum Officialium, humilia vota detulerunt.

* # *

Fausto ipso die secundo Martii, Summus Pontifex mane dignatus est coram benigne excipere bis centum pueros, ex Urbe atque ex aliis Nationibus delectos, qui flores gestantes, canticis, donis ac poëmatibus, candida vota Veneratissimo Patri, suo quisque sermone depromentes, Eius animum suavi laetitia affecerunt.

Eodem mane Summo Pontifici oblatum est Volumen insigne continens documenta a praeclaris peritis scripta, quae complectuntur actionem multiplicem Pontificatus Pii Pp. XII ad gloriam Dei et honorem Ecclesiae, ad scientiarum et litterarum decorem, ad bonum animarum, ad solacium moerentium et indigentium, ad iustitiam, caritatem et pacem in mundo promovendas.

Beatissimo Patri Volumen praebuerunt Emus P. D. Cardinalis Micara, Subdecanus Sacri Collegii, loco Emimi Decani absentis: Moderatores Consilii Pontificiae Academiae Scientiarum, Revmus P. Augustinus Gemelli, O. F. M., Praeses; Excñius Prof. Franciscus Severi, Revmus Abbas Anselmus Albareda, O. S. B. ; Excmus Vir Vladimirus d'Ormesson, Galliae Orator extra ordinem, qua Subdecanus Legatorum apud Apostolicam Sedem; et Clarus Vir Salvator Rebecchini, Urbis Syndicus.

Volumen dicatum est

PIO XII PONT. MAX.

POSTR. KAL MART. MDCCCLXXVI - MDCCCCLVI

Augustus Pontifex, valde gratus ob huiusmodi insigne donum, quod, non solum Suam Personam illustrat, sed etiam ipsam Ecclesiae vitam in mundo proficientem, adstantibus ex corde benedixit.

Singula Documenta eorumque Scriptores recensentur :

P. Agostino Gemelli : *II Maestro di Verità* — Card. Eugenio Tisserant : *Pio XII e la Chiesa Orientale* — Alceu Amoroso Lima : *O Papa e o Ano Santo* — P. Richard Ares, S. I. : *L'ordre politique dans les messages de Noël* — Piero Bargellini : *La scala dell'arte* — P. Agostino Bea, S. I. : *Pio XII e le Scienze bibliche* — Padre Emile Bergh, S. I. : *Les Encycliques du Pontificat* — Emile Blanchet : *La culture sous le Pontificat de Pie XII* — Francesco Carnelutti : *Il Papa giurista* — Giovanni Colombo : *Formazione del clero nell'insegnamento di Pio XII* — Giuseppe Dalla Torre : *Caratteristiche dell'apostolato di Pio XII nel conflitto mondiale* — Daniel Rops : *Le Pape des Saints* — Christopher Dawson : *The Teacher of the Nations* — Guglielmo De Angelis D'Ossat : *Il Tutore dei Patrimoni culturali* — Wladimir d'Ormesson : *Le Pape e la paix* — Salvatore Garofalo : *II Papa e la preghiera* — Alberto Ghislanzoni : *Pio XII e la Musica* — Romano Guardini : *Papst Pius XII. und die Liturgie* — Oscar Halecki : *Pius XII and Eastern Europe* — Jacques Hérissay : *Pie XII Père des sans-patrie et des sans-*

